# REI GRAMMATICAE

RHEMNIVS PALAEMON
*de ſumma grammatices.*

Q. TERENTIVS SCAVRVS
*de orthographia.*

AELIVS DONATVS
*de barbariſmo, pedibus, tonis.*

SERVIVS HONORATVS
*in Aelium Donatũ, & de ſyllabarũ quantitate.*

MARIVS VICTORINVS
*de enuntiatione literarum, orthographia, & metris comicis.*

PAPYRII PRAETEXTATI
*fragmentũm de orthographia.*

CORNELIVS FRONTO
*de differentijs uocabulorum.*

*Quos iam nunc in lucem protulit Adamus Petrus Baſileæ, menſe Auguſto. An.*
M. D. XXVII.
*Cum priuilegio Cæſareo.*

ADAMVS PETRVS HIEronymo Petro, filio dulciſsimo S. D.

DIu nos tenuit dubitatio, dulciſsime fili, quanam uia ingreſsi, literis, quibus tu nunc initiaris, quasq́; publicus quidam caſus grauiſsime quotidie affligit, opem aliquam adferremus: cum hactenus nihil quod huc pertineat, non tentauerimus, ut ſi aliàs nihil aſſequeremur, diligentiam ſaltem noſtram in proferendis optimis quibuſq; autoribus ſtudioſis literarum probaremus: cuius gratia cum labore eſſemus perfuncti longe maximo in PHILONE, eiusq́; farinæ reliquis, quos nunc magna ſumptuum, uigiliarumq́; impenſa parturimus: & uiderem hoc ſcripti genus per ætatem tibi minime conuenire, libuit tandem ſubciſiuos aliquot dies tibi, tuæq́; indoli addicere, de qua incredibile eſt dictu, quam ſpem conceperim, & imitari eos, qui difficili aliqua confecta uia, ut ſe recipiant, in umbram aliquò ſe abijciunt, aut confabulatiuncula ſe reparant ad id quod reliquum eſt uiæ. Ita cum uiderem paulo poſt grauiſſimorum mihi autorum editionem incumbere, & à ſeueris illis, nec dum ſatis ad me eſſem reuerſus, in manum ſumpſimus de re grãmatica libellos impen-

dio

*dio eruditos, & qui ſi nulla alia uirtute placerent, breuitate tamen ipſa gratiam eſſent merituri: aut ſi præter ſententiam omnia caderent, id tamen quod uix nobis perſuadere poſſumus, ututſe inſtituāt non nullæ literarum publicæ fæces, ſaltem equitans interim, ut ille dixit, in longa arundine, in utranq; aurē indormiſcerē.* Habes ergo paterni in te animi ſponſorem, libellū eruditū in quo primas RHEMNIO Palæmoni dedimus, eò q, ſummam grammatices is perſtrinxerit tanta breuitate, ut Donatus ei collatus prolixior, eoq; fortaſſe nomine poſthabendus uideri poſſit: quem nobis è ſitu IOVIANVS Pontanus, ſui temporis eloquentiſſimus poëta, protulit, ueluti his eſt carminibus teſtatus.

*Grammaticæ partes, caſus, & nomina monſtrat*
*Ars mea, quoq; modo dictio quæq; fluat,*
*Quidue ſequens poſſis uerborum noſcere formas,*
*Aut quonam fuerint uerba premenda iugo.*
*Cætera ſunt paruo carptim memorata libello.*
*Plenius ante artes quæ docuere meæ.*
*At me confectum carie, turpiq; ſenecta,*
*Rodebat murum dente timenda cohors.*
*Senſiſſetq; iterum crudelia fata Palæmon,*
*Iuuiſſet pietas ni Iouiane tua.*
*Cuius nunc meritis optata perfruor aura.*
*Antoni doctos iuſſus adire lares.*

*Eius uero ſcriptis non raro Priſcianus utitur, cum*
*alibi,tum lib.I. rerũ grãmaticarũ.* Porrò TEREN
TIVM *Scaurũ,quem A. Gellius nobiliſsimũ Hadri=*
*ani tẽporibus grammaticũ uocat, de orthographia*
*adiunximus, cuius nobis copiã ex uetuſtiſsimo codi=*
*ce Lauriſſano Io. Sichardus fecit, uir, ne quid aliud*
*dicã,ſtudiorũ cauſæ optime uolens. Adeoq; is uide=*
*tur eſſe, quẽ Priſcianus ſubinde Terentianũ appel=*
*lat: nos tamen freti Gellianis codicibus,tum uetuſtiſ*
*ſimo exẽplari,Terentiũ potius edidimus, cuius præ*
*ter alia ingenij monimenta citãtur apud idoneos au*
*tores,Fabulæ,et de erroribus Ceſellij Vindicis libri.*
*Acceſsit* AELII *Donati liber de barbariſmo et pędi*
*bus uerſuũ,cũ cõmentario* SERVII *Honorati: cuius*
*et penes nos erãt iã antea quædã de ſyllabarũ quan=*
*titate.De metris uero comicis,quia altiſsimũ uidere*
*mus apud grãmaticos noſtrates ſilentiũ, ex Mario*
*Victorino,cuius ſunt & alia nõ indoctiora,quædã ſu*
*mus mutuati, quæ nobis hoc prõptius Sichardus cõ*
*municauit,ut & me ſibi demereretur,& ſtudijs tu=*
*is ſimul cõſuleret.Quamobrẽ chariſsime fili, quã ex*
*pectationẽ ſuſtineas etiã atq; etiã uide:cũ enim alijs*
*ad ſummũ literarũ gradũ alia deſint adiumenta,tibi*
*præter teipſum defuiſſe iure queri nihil potes.Vale.*
*Ex ædibus noſtris,menſe Aug. An.* M.D.XXVII.

Q. RHEMNII

# Q· RHEMNII PALAEMONIS VICENTINI ARS GRAMMATICA.

*Omnia nomina quinq; uocalibus ablatiuo caſu terminantur: a e i o u, id eſt, quicquid declinaueris è nomine, ablatiuum caſum in has literas ducit, ut puta: hæc* Iulia, *ab hac* Iulia: *hic paries, ab hoc pariete: hic & hæc agilis, ab hoc & ab hac agili: hic doctus, ab hoc docto: hic uerſus, ab hoc uerſu: præter pauca aptota, quæ nos turbare non debēt, quia pauca ſunt: ut puta nequam homo, ab hoc nequam homine: nugas, ab hoc nugas dicimus, hic iure ablatiuus ſuſcepiſſe m & s: ſed in aptotis non legitimis & regularibus nominibus, quæ certo ordine declinantur:* Ergo *ablatiuus caſus ſingularis numeri, det nobis regulam ad declinationem pluralis numeri, id eſt, ad genitiuum, datiuum pluralem caſum, quo modo recte inueniatur.* Inde *ſi ablatiuus habuerit a & o, parem regulam dant, id eſt, genitiuum*

*Ablatiuus ſpectādus eſt in declinatione plurali.*

pluralem in um mittunt, & datiuum & ablatiuum pluralem in is, ut ab hoc docto, horum doctorũ, ab hac docta, harum doctarum, ſic ablatiuum in is, ut his doctis uiris, & ab his doctis mulieribus: Præter hæc pauca, quæ contra artem ſuſcepta ſunt, ut: mulabus, libertabus, deabus, natabus, filiabus, equabus, aſinabus, eodemq; ambabus & duabus.

Diximus de duabus uocalibus a & o, quia parem regulam habẽt: Reſtant tres uocales i e u, quæ ſimiliter diſparem regulam habent: Nam ſi ablatiuus i uel e uel u habuerit: ſi i, in ium: ſi e correpta fuerit, in um ſi producta, in rum: ſi u, in uum genitiuũ pluralẽ mittũt, datiuum & ablatiuum in bus, ut puta, forti, horum fortium, his & ab his fortibus: ab hoc homine, horum hominum, his & ab his hominibus: ab hoc uerſu, horum uerſuum, his & ab his uerſibus: ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus.

Genitiuus attendẽdus eſt, ut habeas ablatiuũ.

Sed ut colligas ablatiuum, quando exeat in has literas, regulam genitiui ſingularis attende. Si enim in æ exierit genitiuus, ablatiuũ in a mittit, ut huius Iuliæ, ab hac Iulia: huius muſæ, ab hac muſa. Si genitiuus in is exierit, plerunq; in e, aliquando in i, & nũquam in o mittit ablatiuum, utputa: huius parietis, ab hoc pariete. huius hominis, ab hoc homine. In genere communi nominatiuus & genitiuus ſi habuẽrint

*rint is, ablatiuum in i mittunt, ut hic & hæc aglis, hic & hæc facilis: ab hoc & ab hac agli, uel facili. Si qua ſunt quæ differant ab hac regula, magis uſu quã ratione factum eſt: ut hæc ouis, huius ouis: ablatiuum in i mittere debuit, & tamẽ in e mittit, ut ab hac oue nõ oui, ſed hoc ut diximus, uſu magis q̃ ratione factũ eſt. Genitiuus ſi habuerit i in genere maſculino, ablatiuũ in o mittit: ut huius iuſti, huius docti, ab hoc iuſto, ab hoc docto: Sed ideo dixi in genere maſculino hoc obſeruari debere, quia in genere fœminino inuenitur genitiuus i habere, et in e exire ablatiuus, nõ in o, utputa huius rei, ab hac re, huius ſpeciei, ab hac ſpecie. Genitiuus ſi habuerit us, ablatiuũ in u mittit; ut huius uerſus, huius fluctus, ab hoc uerſu, ab hoc fluctu: Sic ergo de genitiuo ſingulari trahis regulã ad ablatiuũ ſingularẽ, q\~a ablatiuus caſus dat regulã ad genitiuũ et datiuũ pluralẽ, quã ſupramemoraui. Alia regula: Nominatiuus ſi is habuerit, aut parẽ habebit genitiuũ, ut hic ignis, huius ignis: hæc puppis, huius puppis: aut ſi creſcit genitiuus, per has creſcit, per n r t d utputa ſanguis, ſanguinis, p r: ut cinis cineris, pul uis pulueris: per t, ſamnis ſamnitis: per d, cuſpis cuſpidis. Alia regula: Ablatiuus quũ habuerit e, nũq̃ adiungit um in noĩatiuo, utputa, uerbere in ablatiuo, q̃ritur utrũ in noĩatiuo um habeat, ut dicamus hoc uerberũ.*

Ablatiuus in i.

Genitiuus creſcens

*Sed prohibemur regula ablatiui: qui cum habuerit e, nunquã habebit in nominatiuo um. Ergo ſi hoc uerberum non dicimus, quo modo dicemus utiq;, hoc uerbere: ut ſi dicamus in ablatiuo hoc uerbere, & pluraliter, hæc uerbera, quo modo ubera. Sic huic regulæ contrarius nominatiuus.* Nam *ſi nominatiuus um habuerit, nunquã mittet ablatiuum in e: obſeruabis perpetuo. Alia regula: Genitiuus cum habuerit is, nunquam mittet ablatiuum in o: utputa, ne dicas paupero patre natus ſum: Genitiuus enim ſingularis is habebit, ut huius pauperis. Ergo ablatiuus non poteſt exire in o, ſed aut in e, aut in i. Alia regula: Genus neutrum in nominatiuo ſi habuerit e, in i terminatur ablatiuus, ut hoc mare, ab hoc mari, nõ ab hoc mare.* Ne *dicas ab hoc monile, ſed ab hoc monili.* Nunq̃ *enim genus neutrũ quatuor ſimiles caſus habet: ut in nominatiuo, ſic in accuſatiuo, ſic in uocatiuo, & non in ablatiuo.* Dein*de quia ijs nominibus generis neutri, ablatiuo caſu adduci debet a litera, ut poßit ſtatim fieri nominatiuus pluralis: utputa ab hoc monili, adduce a literã, & facit hæc monilia: ab hoc ſedili, adduce a, & facit hæc ſedilia: ab hoc facili, adduce a, et facit facilia. Sic ergo per omnia obſeruabis in talibus dũtaxat nominibus. Alia regula: Genus neutrũ nunq̃ in nomina*

*tiuo*

*tiuo habet a, niſi in Græcis: utputa ſchema, thema, huius ſchematis, huius thematis: Quo modo genus fœmininum in nominatiuo nunquam exit in e, niſi in Græcis: ut Andromachę. Genus neutrum quum in us exierit nominatiuo, neceſſe eſt ut creſcat una ſyllaba in genitiuo, & ablatiuũ in e mittat, utputa hoc pecus, huius pecoris, ab hoc pecore: hoc facinus, huius facinoris, ab hoc facinore. Præter uulgus & pelagus, quia uulgus apud antiquos tam maſculino genere dictum eſt, quàm neutro: Pelagus uero ad hanc regulam non pertinet, quia Græcum eſt. Genus neutrum quando in nominatiuo habet um, genitiuo pares ſyllabas habet, utputa: hoc templum, huius tẽpli, hoc telum, huius teli. Genus neutrum quando in nominatiuo ium habet, in genitiuo geminat i literam, utputa: hoc gaudium, huius gaudij: hoc imperium, huius imperij: hoc ingenium, huius ingenij. Sic obſeruabis in cæteris, quia genitiuus minor non eſſe debet nominatiuo: Nam & genere maſculino ſi nominatiuus ius habuerit, neceſſe eſt in genitiuo geminet ij, ut puta: hic filius, huius filij: hic Mercurius, huius Mercurij: hic Genius, huius Genij: hic Iulius, huius Iulij. Si uero nominatiuo us tantũ habuerit, non geminat i in genitiuo, utputa: hic coronatus, huius coronati, nõ coronatij. Genus neutrum ſi habuerit e, utputa: hoc*

*monile, hoc ſedile, neceſſe eſt, ut genitiuus is habeat, ut huius monilis, huius ſedilis:* Ablatiuo, *ab hoc monili, ab hoc ſedili.* Quodcũq; *nomẽ in nominatiuo er ſyllabã habet, tũc exit in o ablatiuus ipſius: quãdo eſt ſecũdæ declinationis, & non creſcit ſyllaba in genitiuo ſingulari, quãdo genitiuus i habuerit nõ is: utputa hic aper, facit ablatiuo ab hoc apro, quia genitiuũ huius apri facit. Si uero nominatiuus er habuerit, & genitiuus is, ablatiuũ non mittit in o, ſed in e: ab hoc paupere, quia genitiuus ſingularis in is habet, ut huius pauperis.* Omnia *maſculina monoſyllaba generis maſculini & fœminini accuſatiuũ in em mittunt, excepto nomine uno, ut uir uirum.* Nam *cætera in em mittu t, ut diximus, utputa ſol, hunc ſolem:* Mars, *hunc* Martem, *ars, hanc artem: fons, hunc fontem: ros, hunc rorem: lex, hanc legem: mos, hunc morem* Lar, *hunc* Larem*: par, hunc parem: fur, hunc furem,* Vides *omnia monoſyllaba, ut diximus, in em exire accuſatiuo caſu.* Genus *neutrum tres caſus habet ſimiles, nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum.* Ideo *hoc monemus, ut ſi de pelago tibi mentio ſit, dicas: per mediũ pelagus nauigaui, ideo quia accuſatiuu s ſimilis eſt nominatiuo.* Nunc *regulam comparationis accipe.*

*Maſculinũ genus cõparatur per has ſyllabas:* Per-

*us, per*

*us,per er, per ex. Per us,ut doctus,doctior,doctiſſimus:per er, ut aſper,aſperior, aſperrimus, niger nigrior,nigerrimus,tener,tenerior,tenerrimus:per ex,in genere maſculino unũ nomẽ eſt,quod uadit per gradus,ut ſenex,ſenior,ſuperlatiuũ nõ habens,neq; enim dicimus ſeniſſimus: Cõmune genus,quod cõparari poteſt, per has ſyllabas exit, per is & er: Is,ut hic & hæc aglis, hic & hæc agilior, et hic agilimus, Sic breuior,breuiſſimus: Sic leuis,leuior, leuiſſimus, uel leuiſſima. Sed ab hac regula defecerunt pauca eu phoniæ gratia, ut facilimus dicat nõ faciliſſimus, ut ſimilimus nõ ſimiliſſimus: Sed hæc pauca nos turbare nõ debẽt. Per er uero cõparatur genus cõmune, ſed in paucis, ut hic & hæc acer,acrior, acerrimus, paup,pauperior, pauprimus,uel pauprima. Genus omne per has ſyllabas cõparatur:per ax,ex,ix,ox,ux ans,ens,ons.ers,ors,am, us: Ax poſitiuo,ut efficax, comparatiuo efficacior, ſuperlatiuo efficaciſſimus: Sic fallax, fallacior, fallaciſſimus: Ex, ut ſimplex, ſimplicior, ſimpliciſſimus: Ix, ut felix,felicior,feliciſſimus: pernix, pernicior, perniciſſimus: Ox, ut uelox,uelocior,uelociſſimus: ferox, ferocior,ferociſſimus. Vx,ut trux,trucior,truciſſimus. Ans,ut amans, amantior, amantiſſimus. Ens, ut ſapiens, ſapientior,ſapientiſſimus. Ons,ut inſons, inſontior, inſontiſſimus*

*Graduum forma*

*tißimus: ers. ut iners, inertior, inertißimus: ſollers, ſollertior, ſollertißimus: Ors, ut uecors, uecordior, uecordißimus. Am, ut nequam. Vs, ut uetus. Datiuo adducis or, ut forti, comparatiuum fortior. Genitiuo adducis ſimus, ut fortißimus. A nequam, ut dicas nequior, tollis am, & adducis i & or, & facis nequior, adducis ſimus, & fit nequißimus. Ab eo uero quod eſt ueter, datiuo adducis or, & facis comparatiuum ueterior, ſubducis huic i & o et r, & adducis rimus, & facis ueterrimus. Sic obſeruabis in fœmininis & neutris, & facies ueterrima & ueterrimum. Vetuſtißimus autem à uetuſto uenit, & facit uetuſtus, uetuſtior, uetuſtißimus: ſic fœminino, uetuſta, uetuſtior, uetuſtißima: ſic neutro, uetuſtum, uetuſtius, uetuſtißimum.*

*Sunt nomina generis neutri, quæ tres caſus tantũ in plurali numero, nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum habent, ut iura, accuſatiuo hæc iura, uocatiuo ô iura: Sic & maria, & uina, & mella, & fella, et* Triptota *æra. Vocantur autem triptota. Alia regula: Genitiuus aut par debet eſſe nominatiuo, aut plus una ſyllaba excedere: Sed inuenta ſunt pauca nomina contra regulam uenire, ut anceps, quod duarũ ſyllabarum eſt, & in genitiuo duas ſyllabas creuit, facitq; ancipitis, præceps præcipitis, ſupellex ſupellectilis,* Princeps *iter itineris. Quæſtio eſt, ſi princeps principis, præ*ceps

*ceps præcipitis, quare non præcipis, quomodo prin cipis, dicimus: ſed princeps, quod primus capiat di= ctus eſt, & uenit à capiendo: præceps uero à capitis ſignificatione dicitur, quod præbeat caput. Quæſtio eſt, quando producimus decoris, quãdo corripimus: genere neutro corripimus, ab eo, quod eſt decus: ma ſculino producimus ab eo, quod eſt decor: producit autem decoris, quo modo candoris, honoris, coloris.* Præceps.

*Nomina quæ ſignificant finem, non diminuuntur, ut ipſe finis, non dicimus finiculus: dicimus nouißi= mus, non dicimus nouißimulus: dicimus extremus, non dicimus extremulus: dicimus ultimus, non dici= mus ultimulus: Et ratio eſt, quia quæ in fine ſunt, nõ habent quò minuantur. Sunt nomina in ſingulari nu mero neutri generis, in plurali maſculini: hoc cœlum, hi cœli, non cœla, quo modo ſunt, quæ in ſingulari maſculini, in plurali neutri, ut. hic tartarus, in plura= li, hæc tartara. Nomina tertiæ declinationis, quæ in o exeũt nominatiuo ſingulari, generis ſunt fœminini, exceptis paucis maſculinis: quorum numero ſunt, or do, ligo, & quæ communis generis ſunt, ut: homo, ne mo, bubo, & mango: Nam cætera fœminini enuntia mus, ut Carthago Carthaginis, uirgo uirginis, imago imaginis, indago indaginis, ſiligo ſiliginis, ſartago ſartaginis, ferrugo ferruginis, farrago farraginis. Eſt alia* Diminutiua. Heteroclyta.

*alia quæſtio, quia cum dicamus in ablatiuo ſingulari, ab hoc arcu, & plurali datiuo & ablatiuo his & ab his arcubus, & non ſic facit in datiuo & ablatiuo plurali, à uerſu uerſubus, ſed his & ab his uerſibus, & fluctibus: etiã ratiõ ec fit propter differẽtiã alterius ſimilis nominis: Si ab eo quod eſt arcus arcibus diceremus, non arcubus, fieret confuſio illius nominis, ab eo quod eſt arx arcis, licet ſine diſcretione aliqua ſpecubus & tribubus dicamus, ab eo quod eſt ſpecus & tribus: & ab eo quod eſt ueru uerubus eodem modo: Verſus uero & fluctus, & cætera in datiuis & ablatiuis pluralibus i habent: Ideoq; hæc nomina conturbat ſimilium nominũ confuſio uel ſimilitudo. Ergo quomodo arcubus dicimus ab eo quod ſunt arcus, propter arces, ſic artubus ab eo quod ſunt artus, propter artes: Hic uictus, ab hoc uictu, uictubus facit: Nam uitibus ab eo quod ſunt uites. Sic ergo obſeruabis, quum ſimilia nomina inueneris. Quæſtio eſt, unde intelligitur e productum in ablatiuo & unde correptũ? Si accipit rum genitiuus pluralis, facit in ablatiuo ſingulari e productũ: ſi um correptũ eſt, et e mutat in i. Sed melior regula eſt: Datiuo plurali rum ꝑducit, um autẽ eſt correptũ: unde ſi productũ eſt e in ablatiuo ſingulari, accipiet bus, et faciet datiuũ pluralẽ: Nã ſi correptum eſt, mutat in i ut faciat*

*datiuum*

datiuum, ut puta ab hac re, adducc bus, & facit rebus: ab hac ſpecie, adducc bus, & facit ſpeciebus. Ergo ſic intelligis productum eſſe. Ab e uero correpto, non ſic ſi adijcias bus, ut ab hoc homine, homine bus, ſed mutat e in i, & accipit bus, & ſic erit latinũ & correptũ erit. Omnes literæ generis neutri ſunt, numeri tantum ſingularis, & aptotæ dicuntur, utputa: hoc a, huius a, huic a, hoc a, ab hoc a. Sic b, ſic c, ſic d, ſic omnes: Si uero adijcias litera, fiunt generis fœminini, ſi ut dicas, a litera, c litera: Et multa alia nomina, quæ ad pondus & menſuram ueniunt, numeri ſunt tantum ſingularis, utputa: aurum, argentum, triticum, oleum, & multa alia dicimus, non omnia. Nomina quæ in al exeunt, & in el, in il, in ol, in ul, in ar, in er, in ir, in or, in ur, in an, in en, in in, in on, in un, e habent in ablatiuo, utputa: in al, animal, ablatiuo ab hoc animale: nominatiuo el, ut mel, fel, ablatiuo ab hoc melle, felle: nominatiuo il, ut uigil, pugil, ablatiuo à uigile, pugile: nominatiuo ol, ut ſol, ablatiuo à ſole: nominatiuo ul, exul, ablatiuo exule: nominatiuo ar, ut far, ablatiuo farre: nominatiuo nectar, ablatiuo nectare: Quæ uero in ar exeunt neutri generis, & a ante is producunt in genitiuo, ablatiuum in i mittunt: ut hoc calcar, huius calcaris, hoc lacunar, huius lacunaris, ab hoc calcari, lacunari, ab eo.

quod

quod eſt par pare, uel pari dicimus. Et ſi habuerit nominatiuus, attende genitiuum: ſi is habuerit, tunc mittit in e, ut hic pater, huius patris, ab hoc patre: quamuis ab imbri, ſeptembri dicamus: Sicq; in alijs quibuſdam, quæ nota ſunt, & menſium tantum nomina: In ir præter uir, cætera in e mittunt: Si inueniuntur nominatiuo or, ut marmor, ablatiuo à marmore: nominatiuo ur, ut fur, ablatiuo à fure, augur ab augure: nominatiuo an, ut pæan, pæane: Nominatiuo en ut hic pecten, ablatiuo à pectine, flamen flamine, lien liene, ren rene: Et fœminino hæc Siren, ablatiuo ab hac Sirene. In neutro in en, ut hoc carmen, ab hoc carmine: Sic à maſculinis à cano compoſita, ut tibicen tibicine, fidicen fidicine: In epicœno, ab oſcen oſcine. Ea nomina quæ nominatiuo in in definiunt, neceſſe eſt ut in ablatiuo e habeant, utputa nominatiuo hic delphin delphine. Sic etiã quæ in on, ut hic Memnon, hic Orion, ab hoc Memnone, Orione, & quæcunq; huiuſmodi inueniũtur, neceſſe eſt ut in e mittãt ablatiuũ. Sanè quia dixi, quæ exeunt in al nominatiuo, in e exire ablatiuo, uerum eſt: Sed ne occurrat quæſtio nominis illius, quod eſt tribunal, facit enim ablatiuo ab hoc tribunali, et ceruical, ab hoc ceruicali, cum facere deberet tribunale & ceruicale, quia nominatiuus ſingularis debet eſſe minor nominatiuo

plurali

*plurali duabus ſyllabis, ſed in his nominibus, quæ perpauca ſunt, magis uſus obtinuit. Quæritur autem utrũ hoc oſſum dicamus, an hoc os: ſed ſi hoc oſſum diceremus, nunquam datiuus pluralis in bus exiret, ſed in is: ait enim* Vergilius: *Atq; oſſibus implicat ignem.* Etenim *nomina generis neutri, in nominatiuo um habentia, in ablatiuo o habent, ut hoc templum, ab hoc templo, datiuo plurali templis facit.* Vnde *ſi oſſibus legimus in* Vergilio, *non exiret datiuo plurali in bus, niſi ablatiuo ſingulari in e termi nato:* Ablatiuus *ergo exiret in e, aut u, aut i.* Sed *quia nec u exit, nec nominatiuus pluralis oſſua facit, nec i terminatur, ut oſſi dicamus, remanet ab oſſe.* Nam *genitiuus ideo exit in is, quia nominatiuus os habet non um.* Vnde *declinamus ſic: hoc os, huius oſſis, huic oſſi, hoc os, ô os, ab hoc oſſe.* Et *pluraliter. hæc oſſa, horum oſſium, his oſſibus, hæc oſſa, ô oſſa, ab his oſſibus:* Sed *hoc nomen corripimus in nominatiuo ſingulari: ab eo uero quod ſunt ora, id eſt, uultus in nominatiuo ſingulari producitur os: & facit hoc os, huius oris, huic ori, hoc os, ô os, ab hoc ore:* Et *pluraliter, hæc ora, horum orum, his oribus, hæc ora, ô ora, ab his oribus. Alia regula eſt:* Quo *modo declines terga & tergora:* Terga *autem ſunt dorſa, & tergora ueniunt à genere neutro, quod*

*in us exit in nominatiuo ſingulari, ut hoc tergus.* Et *pluraliter nominatiuo hæc tergora* : Et *declinabis hoc nomen ſic, quo modo pecus & uulnus* : *tergum autem declinabis, quo modo templum. Alia regula eſt* : Nomina *ſemper generis maſculini & fœmini ni, quæ habuerint a in nominatiuo, genitiuum & datiuum in æ mittunt, utputa : hic Seneca, huius Senecæ, huic Senecæ : hæc* Iulia, *huius* Iuliæ, *huic* Iuliæ. *Sed inueniuntur pauca nomina, uel pronomina contra hanc regulam uenientia : ut cum nominatiuo ſolum a habeant, in genitiuo ius accipiant, in datiuo i, ut ſola, ſolius, ſoli: tota, totius, toti: una, unius. uni: ulla, ullius, ulli : nulla, nullius, nulli: utra, utrius utri: aliqua, alicuius, alicui : illa, illius, illi: iſta, iſtius, iſti: ipſa, ipſius, ipſi. Sed quæ pauca ſunt nos turbare non debent : Superior autem regula in immenſum tenditur: ut hæc muſa, huius muſæ :*Hæc *analogia eſt, id eſt, regula perpetua.* Horum *uero nominum & pronominum anomalia eſt, id eſt, inæqualis declinatio contra regulam,*

*Ablatiui.* *ſed in paucis eſt, ut dixi.* Nomina *quæ in as exeunt, tunc exeunt in e ablatiuo ſingulari, ſi genitiuus is habuerit: ut* Mecœnas, Mecœnatis, *ab hoc* Mecœnate. Ideo *dixi attendendum eſſe genitiuum ſingularem*

larem: quia inueniuntur nomina quæ in as exeunt, & tamen non in e mittunt ablatiuum, ſed in a, ut Aeneas, ab hoc Aenea: Menalcas, ab hoc Menal ca. Ergo quum inueneris in nominatiuo as, geni= tiuum attende: ſi habuerit is, ſic pronuntia abla= tiuum quod in e exit. Sed ſi ablatiuus tibi notus, & de genitiuo dubitas, ſcito quia in is exit, quum in e fuerit ablatiuus terminatus. Gentilia quoque ablatiuum in i mittunt, ut Arpinas, Arpinatis: Ca= penas, Capenatis. Sed ueteres hæc nomina magis in is, & in e nominatiuo pronuntiabant, ut hic & hæc Arpinas, & hoc Arpinate. Nominatiuus in es ablatiuum in e mittit, ut hæres, hærede, niſi geni= tiuus in æ exierit, ut Anchiſes, Anchiſæ. Tunc enim ablatiuus etiam in a exit, & locuples, quod eſt omnis generis, à locuplete, uel locupleti. No= minatiuus ſi is fuerit in genere maſculino uel fœmi nino, ablatiuum in e mittit, ut hic collis, hic uomis, hic lapis: ab hoc colle, uomere, lapide: hæc lis, ab hac lite: hæc uitis, ab hac uite: hæc cutis, ab hac cute. Pauca uero maſculina in i uel in e mittunt, ut ignis, uectis, amnis, anguis, poſtis. Illa quoq; fœmini= na in i etiam exeunt, quæ accuſatiuos in im mittunt ut puppim, puppi: reſtim, reſti: & ab his quæ ſunt

*uis, ſtrigilis, ut ab hac ui, ab hac ſtrigili. Ablatiuos dicimus ab eo quod eſt auis, ab aue uel aui. In communi quoque genere is in nominatiuo, ablatiuum in e mittit: niſi neutrum genus ſit in e, utputa hic & hæc hoſtis, & hoc hoſte, licet ciuis à ciue, uel ciui faciat.* Os. *Os ſi habuerit nominatiuus, in e mittit ablatiuũ, ut hæc dos, ab hac dote: hoc os, ab hoc oſſe. In* Vs. *genere neutro ſi us nominatiuus habuerit ablatiuũ in e mittit, ut hoc uulnus, huius uulneris, ab hoc uulnere. Præter uulgus et pelagus. Vetus autẽ quod eſt omnis generis, à uetere uel ueteri, ablatiuum in e & in i exſe mittit. In genere maſculino us ſi fuerit nominatiuus, genitiuum in i mittit, & ablatiuum in o: ut hic doctus, huius docti, ab hoc docto. Sic in fœmininis, quæ exeunt in us, ſi in genitiuo i habuerit in o mittit ablatiuum, ut hæc laurus, ab hac lauro: hæc cupreſſus, huius cupreſſi, ab hac cupreſſo. Quod ſi genitiuus is exierit, ablatiuum in e mittit, ut hæc uirtus, huius uirtutis, ab hac uirtute. Si uero nominatiuus us habuerit, & genitiuus us, ablatiuum in u mittit: ſic in maſculinis, ſic in fœmininis. In maſculinis, ut hic uerſus, hic fluctus: genitiuo huius uerſus, huius fluctus: ablatiuo ab hoc uerſu ab hoc fluctu. In fœmininis: Nominatiuo hæc porticus, hæc quercus, huius porticus, huius quercus: ablatiuo,*

*tiuo ab hac porticu, ab hac quercu. Sic cætera obſer uabis. Sed ſi talium nominũ te declinatio turbauerit, tanta uis eſt regularum, ut aut de genitiuo, aut de datiuo, aut de ablatiuo, ſed de iſtis tribus uno inuento docearis, ac totius nominis declinatione ſingularis, pluralis ue numeri. Quare hoc dixerim, puta ſi ſint nomina fluctus aut uerſus, quorum declinationem neſcias, inde crede: Quod in quacunque lectione aut datiuum inueneris, aut ablatiuum, aut genitiuum, quorum triuu unum ſi habeas notum, docebit te de omnibus caſibus, utputa ſi ſcias, quia ab hoc fluctu ſequitur, quia nominatiuus ſingularis us habeat, ſic & genitiuus & datiuus i habeat, accuſatiuus um: uocatiuus us: ecce unus caſu docuit te declinationem omnium. Sic ſi inueneris dictum in genitiuo huius uerſus, docebit te, quod ablatiuus docuit. Sic ſi inueneris ũi in datiuo, huic uerſui, & ipſe hoc te docebit, quod & ablatiuus & genitiuus. Vides ergo uno inuento caſu in quacunque ueritate lectionis doceri te, quemadmodum totum nomen declines. In us uero nominibus, quæ in o mittunt ablatiuum, regula eſt, ut genitiuus i habeat, datiuo o, utputa ſi legas ablatiuo caſu poſitum lauro, ſequitur ut genitiuus i habeat, huius lauri, datiuus huic lauro: Sequitur ut nominatiuus us ha-*

beat laurus. Verum quia lapſi ſumus ad has ſupra dictas regulas, nunc redeamus ad rem. Loquebamur enim ſi nominatiuus in as exierit, quando mittit in a, quando in e. Diximus de es regula, quæ in a mittit ablatiuum, & in e. Diximus de regula os, quia ſemper in e mittit. Diximus de us regula, quomodo obſeruandum ſit: quæ regula plerunque in e genere neutro mittit: præter illa duo, uulgus & pelagus. In genere maſculino uel fœminino, aut in u, aut in o, aut in e mittit. Quod ut cognoſcas, quando in o, quando in e, quando in u, genitiuum attende. Si habuerit & ipſe us, in u mittit ablatiuum, tam in maſculino quàm in fœminino: & ſi in i, in o; & ſi in is, in e. Ergo quantum neceſſitas temporis paſſa eſt, regulas non paucas nominum ſcripſimus. Pauca de pronominibus dicamus, in quibus non ardua moles eſt.

DE PRONO

PRonomina aut finita ſunt, aut infinita, aut minusquàm finita. Finita ſunt, quæ notant certam perſonam, ut ego: Infinita ut quis, quicunq;, aliquis: Minusquàm finita ſunt pronomina, quæ non ſic plene definiunt perſonam, ut non egeant monſtratore, quo modo ego: Nam & ipſum tu, non plene finitū eſt, niſi in perſonam direxeris digitum: Sic ergo minusquàm finita dicenda ſunt: habēt enim quandam deſignationem, ſed non plenæ ſignificationis, quomodo ego, ut puta, pone eſſe turbā, minime ſignificanter dicitur in turbā, tu, quo modo de turba ſi dixerit unus, ego: ſed ut de multis ſignificemus quem quærimus, aut nomen adijcimus, aut digitum intendimus, aut apparet certius quem uocemus. Ego & tu, ille & iſte, & hic, & alia quæ quaſi poßunt ex parte definire perſonam, minusquàm finita uocanda ſunt. Regula: Prima perſona quæ dicitur ego, tam in ſingulari quàm in plurali numero, non habet uocatiuum caſum, quia nemo ſe uocat. Sed quum forte contigerit ut dicamus: ô ego, ô nos, non tam pronominis ratione quàm interiectionis, id eſt, dolendi gratia contingit q̃ uocandi. Quæſtio, à qua declinatione ueniat O ego,

quis,qđ ſignificat qbus,et unde ueniat ipſum quibus cum dicimus: Sed datiuus pluralis cum exit quis,ab ablatiuo ſingulari uenit,qui exit à quo, cum nominatiuus exit qui non quis,quo modo in nominibus à docto doctis,à iuſto iuſtis,ſic à quo quis. Datiuus pluralis qui exit in bus,id eſt,quibus,ab ablatiuo uenit ſingulari,qui exit à qui:Quomodo in nominibus omnia quæ exeunt ablatiuo in i,datiuum pluralem in bus mittunt,ſic in hoc pronomine à qui, ablatiuo, datiuo in bus,quibus,eius nominatiuus erit quis nõ qui: quod antiqui communi genere dixerunt:hic & hæc quis,ab hoc & ab hac qui:ut adeo frequenter inuenimus lectum qui cum, quod ſignificat, cum quo uel cum qua:Nam Vergilius ait,quum de fœmina loqueretur:Qui cum partiri curas,id eſt,cum qua partiri.

*Quis cõmunis generis apud ueteres.*

Quæſtio alia pronominis, quæ ita obſcura eſt,ut uix à paucis ſoluatur: quare cum dicamus,illud,iſtud in genere neutro, utputa illud uel iſtud templum, ipſud non dicamus,ſed ipſum. Sed quæ in e exeunt in maſculinis ipſa ſunt, quæ genus neutrum ſic fecerunt,ut illud,iſtud: Ipſum uero ideo non ipſud, quia apud antiquos magis in us intendebant nominatiuũ generis maſculini,ut dicerent ipſus, hoc habemus in Terentio:Ipſus Pamphilus dixit,non ipſe Pamphilus. Et quomodo in regula nominum, omnia quæ in

*Ipſus.*

maſculino

*maſculino genere us habent nominatiuo ſingulari, in fœminino a habent, in neutro um:ut doctus, docta, doctum:pius, pia, pium: ſic ex nominum regula emanauit analogia:ut ab hoc pronomine (utputa quia ipſus dicebant antiqui) fiat in fœminino ipſe, in neutro ipſum, quomodo dicimus de nomine iuſtus, iuſta, iuſtum.*

*Pronomen, quod dicitur idem, & maſculino & neutro ſeruit: Nam & idem homo dicitur, & idem tempus:* Is *pronomen ſic declinabis, is homo, eius, ei, eum, ab eo.* Et *pluraliter, ij, eorum, eis uel ijs, eos, eis uel ijs.* Fœmininum *ea, eius, ei, eam, non ea:* Et *pluraliter, eæ, earum, eis uel ijs, eas, eis uel ijs.* Neutrum *id, eius, ei, id, ab eo:* Pluraliter *ea, eorum, ijs uel eis, ea, ijs uel eis.* Ideo *uolui hoc pronomen declinatum eſſe, quia facit aliquibus dubietatem, præcipue in accuſatiuo caſu.* Vnde *ſi tibi mentio fuerit nominis naturalis in accuſatiuo ſingulari ſic dicis, utputa: per idem templum tranſeamus: per id pelagus nauigemus: per id iter progrediamur: cui ad ornatū adiecta eſt em ſyllaba, & facit idem, non quia aliud ſignificet id, aliud idem: ſed idem ornatus dicimus, quomodo quidam, dam ſyllaba ad ornatum acceſſit, non quia aliud ſignificet qui, & aliud quidam. Sic iſdem, ſic eadem, acceperunt dem ſyllabam, non ut aliud* Idem. Quidam

 *ſignificarent*

*ſignificarent,ſed ut euphonia eſſet. At enim ſtudium* Muſicari Latinum ſermonē. *fuit omnibus muſicari latinitatē, & id addere, quod in aures laberetur, id demere quod rancidius offenderet auditum. Dicta ſunt de pronomine, illa quæ paulo obſcura uiderentur. Cætera enim à diligentibus artigraphis, plene declinata ſunt, quæ facile reperias.*

## DE VERBO.

*Verborum ratio ita lata eſt, ut nominis, ita quoq; inuſitata eſt: ut in nominibus demonſtraui. Namq; plurima in uerbis quæ rancidule audiebantur, poſita ſunt, ut per anomalogiā mollius ſonarent, quàm per rectam regulam, quam poſtea dicemus.*

*Verba tribus modis accipimus: dicimus uerba pro fallacia, utputa, dedit mihi uerba. Dicimus pro ſermonibus qbusq;, ut fecit uerba Cicero: Dicimus hæc, & quæ per modos et tempora & perſonas declinamus. Sunt autem principialia uerba, actiua, paßiua, neutra, communia, deponentia. De cæteris uero dicemus, iſtis catholicis, & generalibus explicatis.* Actiua. *Actiua ſunt, quibus nos aliqua agere ſignificamus, ut lego, legis, legit: ſcribo, ſcribis,*

ſcribit

ſcribit. Paßiua ſunt, quæ de actiuis naſcuntur, quibus nos pati aliquid enuntiamus, ut legor, legeris, legitur: ſcribor, ſcriberis, ſcribitur. Neutralia ſunt, quibus nos nec agere, nec pati aliquid demonſtramus: ut ſedeo, iaceo, ſto: & alia in quibus nullum negotium eſt, nec agendi, nec patiendi: Communia ſunt, quæ in or deſinunt, nunquam in o, & tam agere, quàm pati ſignificant, ut criminor illum, criminor ab illo, non enim dicimus crimino illum. Cōmunia

Deponentia ſunt, quod deponant paßiuitatem, & ſumant actiuitatem, cum paßiue enuntientur in r litera, nihil tamen patiuntur, ſed ſolum agunt, ut luctor, luctaris, luctatur: conuiuor, conuiuaris, loquor, nanciſcor, & cætera talia. Sanè illud monemur, quomodo in omnibus maior quantitas eſt maſculini & fœminini generis, neutri uero minor & cōmunis: Sic & in uerbis multa fuerunt actiua, multa æque & paßiua, nō tanta neutralia, nec cōmunia, nec deponētia. Et propter hoc regula actiuorū, paſſiuorūq; in immenſum tenditur: Cæterorū uero uerborum regulæ à diligentibus colliguntur. Ergo diximus de generibus quot ſunt, nunc dicendū de coniugationibus, per quarum regulas omnia uerba ſine offenſione funduntur, quas coniugationes, ſi quis animaduerterit diligenter, quaſi ex uado uitiorum Deponētia.

emergens

*emergens citius ad poſtem latinitatis accedet: Quærendum eſt autem de illis quæ ſunt, & ubi quærantur, quo proficiant, id eſt, qui te doceant cauere.*

*Sunt autem a e i: Sed hæc tertia tam correpta eſt quàm producta, ſed correpta aliam uim habet præſentis ſui: Aliā productam diximus: Quot ſunt & quæ ſint dictum eſt, Vbi quærantur: Quæruntur autem indicatiuo modo, tempore præſenti, ſecunda perſona ante nouiſsimam literam, ſed in actiuis & neutralibus, in alijs uero tribus uerbis paſsius, & cōmunibus, & deponentibus, ante nouiſsimam ſyllabā, quod ut ſcias apertius intimabo: Dixi enim ubi quærendum ſit: Reſtat quarta pars, quæ nos docet quare inuentæ ſint, id eſt, ob quā utilitatem. Earum igitur utilitas duplex eſt, docet te de futuro tempore, quando in am ſyllabam exeat, quando in bo. Docet iterū infinitum modum, quando corripitur, quando producitur: Ergo redeamus ad primam coniugationem & de eadem lucidius tractemus.*

*Prima coniugatio, quæ eſt a, quæritur in actiuis & neutralibus uerbis, ut diximus, ante nouiſsimam literā in ſecunda perſona, uenit ab his quatuor modis: ab o, ut clamo, clamas, clama, ab eo, ut cōmeo, cōmeas, commeat: Ab io, ut lanio, as, at: ab uo, ut fluctuo as, at. Atqui cognoſcis utiq; primam eſſe, iam quod te*

docceat

doceat, hinc attentius conſidera, ut talia cum in bo mittas futurum tempus ipſorum, ut clamabo, dicas laniabo, fluctuabo, cōmeabo. Ecce docui te de promiſsiuo tempore, de infinito docebo te: Et quia producere debes eum, dicas clamare, laniare, fluctuare, cōmeare, ut ante re nouiſsimam a litera produci poſsit. Semper dicimus de prima, deinde de ſecunda, quæ dicitur e, & uenit ab uno modo, id eſt, ab eo tantum, ut terreo, terres: doceo, doces: præbeo, præbes: ſedeo, ſedes: hæreo, hæres. Ergo & hæc, quo modo ſuperior, parem regulam dat, ut promiſcuum modum in bo mittat, ut tenebo, docebo, præbebo, ſedebo, habebo: Et ſic omnia huius regulæ obſeruabis. Sic etiā infinitum producit, quo modo prima coniugatio, terrere, docere, monere, ſedere: Ergo duæ iſtæ parem regulam habent. Remanet tertia coniugatio, quæ tam producta q̄ correpta, quæ & ipſa quæritur ubi etiam ſuperiores, ſed in actiuis ut diximus, et neutris uerbis. Venit autē ab his modis: ab o, ut lego, legis: ſcribo, ſcribis: Ab io, ut rapio, rapis: iacio, iacis: Ab uo, ut ruo, ruis: fluo, fluis: Ergo & hæc te docet, ut futurum tempus mittas in am non in bo, quo modo ſuperiores, & facit am, ut legam, ſcribam: Nec dicas faciebo, ſcribebo, legebo, quia tertia coniugatio: quæ ſemper promiſsiuum tempus mittit in am. Quam

Secunda coniugatio.

Tertia cōiugatio.

coniugationem

*coniugationem, ut dixi, quæris in ſecunda perſona ante nouiſsimam literam:* Infinitum *uero modum corripit, ut legere, facere, ſcribere, ruere: non quo modo ſuperiores producit.* Quantum *apertius potuit dictum eſt de tertia correpta:* Nunc *attende quæ ſit ratio tertiæ productæ, uel quomodo poteſt diſcerni à tertia correpta, quum utraq; in uno i conſtent, quod ante nouiſsimam literam eſt:* Puta *exempli gratia, dicimus fugio, fugis: & ſentio ſentis per is, unde habes intelligi utrum correpta an producta ſit?* Hoc *intelligitur ſic, id eſt, de imperatiuo modo, ſi exeat in i à tertia producta uenit, ut ſentio, ſentis, imperatiuo modo ſenti facit:* Haurio *imperatiuo modo hauri facit: ſeruio, ſeruis, imperatiuo modo ſerui facit.* Tertia *uero correpta, licet ſimili forma exeat, tamen hoc diſcernitur de ipſo imperatiuo, quem ſemper in e mittit: ut fugio, fugis, fuge facit: ruo, ruis, rue facit.* Ergo *diſcernuntur ſic: quia correpta in e mittit imperatiuum, producta in i.* Sed *quid docet ipſa tertia producta attende: cuius futurum tempus etiam eſt in bo, ſed magis in am: utputa de futuro ſi dicimus, ſeruio, ſeruiam, & ſeruibo: neſcio, neſciā, & neſcibo.* Infinitum *uero producit ſemper, ut puta haurire, ſentire, neſcire: Nā regula eſt actiuorū,*

*&, neutra*

*& neutralium uerborum, ut in quacunq; coniuga-
tione addas re ſyllabam ad imperatiuum modum,*

*utputa*

Nihil deeſt: Nam exemplar
nos feſellerat.

Imperati ui. *utputa prima coniugatione exit imperatiuus in a, ut clama, uoca, lania: adduce re, & facit infinitiuum, clamare, laniare, uocare. A ſecunda coniugatione exit imperatiuus productus in e, huic adduce re, et facit infinitiuum, mone, monere: doce, docere: præbe, præbere. A tertia coniugatione correpta exit imperatiuus in e correptam, huic adduce re, & facit infinitiuum: ut ſcribe, ſcribere: lege, legere: tolle, tollere. A quarta cõiugatione producta, imperatiuus exit in i, huic adduce re, & facit infinitiuum: ſerui, ſeruire: audi, audire: hauri, haurire. Sed quæſtio de dic, duc, et fac: Nunquã enim addita re integre ſonuerit infinitiuus, ſed hoc uſu plurimum ualuit: Nam Vergiline dicit dice, & Terentius face, quibus ſi adijcias re, faciunt integre ſonare infinitiuum modum, dicere, facere, ducere.*

Deponentia & Cõmunia. *Abunde dicta ſunt de coniugationibus actiuorũ neutraliumq;. Quæ quærũtur ut diximus, in ſecũda perſona ante nouiſſimam literam, nunc reſtat de paſſiuorum communium, & deponentium uerborũ cõiugationibus dicere, quæ quæruntur ante nouiſſimã ſyllabã non literam, utputa clamor, clamaris: ante ris ſyllabam a habet prima cõiugatio, quæ in bor habet mittere promiſſiuum, ut clamabor, clamaberis, clamabitur, clamabimur, clamabimini, clamabuntur.*

*In communibus primæ coniugationis, utputa crimi nor, criminaris, a ante ris ſyllabam in bor habet mittere promißiuum, ut criminabor, criminaberis, criminabitur, criminabimur, criminabimini, crimi= nabuntur.* In *deponentibus primæ coniugationis, ut luctor, luctaris, ante ris ſyllabam a litera eſt, quæ in bor mittit promißiuum modum, ut luctabor lu= ctaberis, luctabitur, luctabimur, luctabimini, lucta= buntur.* Diximus *de prima coniugatione paßiuo= rum, communium, deponentiumq; uerborum, quæ ante nouißimam ſyllabam quæruntur, nunc dein de ſecunda coniugatione ipſorum uerborum, & quæ ſi militer illic quæruntur.* Vbi *primum in paßiuis, ut moneor, moneris ante ris e literā inuenimus: quæ eſt ſecunda coniugatio, quæ in promißiuo tempore exit in bor, ut monebor, moneberis, monebitur, mone= bimur, monebimini, monebuntur.* In *communi= bus, uereor, uereris, ante is e inuenies.* Q*uæ mit= tit promißiuum in bor, ut uerebor, uereberis, uere bitur, uerebimur, uerebimini, uerebuntur.* Commu *ne eſt enim, ut uereor te, uereor à te.* In *deponenti= bus, ut medeor, mederis, ante ris e inuenies: quia futurum tempus in bor, ut medebor, medeberis, me debitur, medebimur, medebimini, medebuntur.*

*Remanet tertia coniugatio, cuius locum impleuit*

*quarta litera correpta: ut in paßiuis legor, legeris, legitur, ante ris e eſt. Sed quia correptum eſt, locum tenet per i: ſic per hoc ante e correptum eſt quod cedet & per i: quoniam in actiuis promißiuum modum in am mittit, non in bo: ſic in paßiuis in ar mittit, non in bor: ſic communibus & deponentibus: utputa, ſequor, ſequeris, ante ris e correptum eſt pro incorrepto, mittit promißiuum in ar, ut ſequar dicas, non ſequebor. Remanet tertia coniugatio producta: utputa in paßiuis, ut nutrior, nutriris, ante ris i productum habet. Ego quia eſt, exit in ar, ut dicamus de futuro, ut nutriar, & producta exit in bor, ut dicamus & nutribor. Ergo ſic obſeruabis in communibus & deponentibus. Infinitus uero ipſorum uerborum à prima coniugatione ſecunda, tertia producta in ri exit: utputa à prima, ut clamari, à ſecunda, ut moneri: à tertia producta, nutriri. A tertia uero correpta nunquam exit in ri, ſed in i: utputa legi dicimus infinitiuo, & ſcribi, nõ legeri, & ſcriberi. Sic ungi, non ungeri: quia ungo dicimus, non ungeo. Nam quomodo de ungeri & ungi habita quæſtione, quid diceremus, ne ſic de tergeri, & de tergi: ſed infinitiuo tergeri, non tergi: quia indicatiuo tergeo facit, non tergo: Sic in cæteris obſeruabis, ut ubi inueneris ſecundam coniugationẽ*

iugationem ri habere infinitiuo modo, eo dicas indicatiuo actiuæ ſignificationis caueri, doceri, terreor, terreri: coërceor, coërceri: licet pauca primæ coniugationis in eo exeant indicatiuo actiuæ ſignificationis: utputa meo, meas: beo, beas: laqueo, laqueas: nauſeo, nauſeas: enucleo, enucleas: creo, creas: excreo, excreas: eodē modo queo & eo: quæ duo tantum tertiæ cōiugationi ceſſerunt ad productū. Sunt autem pauca uerba, quæ magis per anomaliā dicuntur: ut fero fers, uolo uis, ſum es, edo es. Quantū ratio poſtulauit de coniugationū ordine tractauimus: Nunc de participijs pauca dicenda ſunt.

Participia dicta ſunt, quod partem capiant nominis, partemq; uerbi. Trahunt enim à nomine caſus, à uerbo tēpora: utputa, legens, lecturus. Ecce enim tractum à uerbo aliquid, id eſt, tempus: Nam legēs præſentis temporis participium eſt, lecturus futuri, & declinantur quo modo nomina: utputa ſic: legens, huius legentis, huic legenti: & ſic per omnes caſus declines tam ſingulariter, quàm pluraliter. Sic & hic lecturus, huius lecturi, huic lecturo, & cætera. Ecce traxit à nomine declinationem. Sanè omnia participia in præſenti tempore, aut in ans exeunt, & ueniunt à prima coniugatione, ut amans, clamans: aut in ens, & ueniunt à ſecunda, Participia.

*uel tertia correpta, uel producta: ut metuens, legens, ſeruiens: Nam mœrens à ſecũda cõiugatione eſt, legens à tertia correpta, ſeruiens à tertia producta. Futuri temporis participia ſemper in rus exeunt, ab omnibus uerbis, niſi paſſiuis: præteriti temporis ſemper in tus, aut in ſus, aut in xus. In tus: ut lectus, ſcriptus, amatus: In ſus, ut falſus, lapſus: In xus, ut nexus. Eſt unum in üus, ut mortuus futuri temporis. Participia à paſſiuis, uel communibus ſemper: Nam deponens nunquam habet duo futura: Neque enim dicimus luctandus eſt ille, aut naſcendus: ſed habet unum, ut luctaturus, naſciturus, locuturus: licet apud ueteres talia quoque communis generis reperiantur. Sanè regula eſt: Participia omnia præſentis temporis generis eſſe omnis: id eſt, quæcunque exeunt in ans, quæq; in ens, ut hic & hæc & hoc amans, legens, ſeruiens.*

## DE ADVERBIO.

*ADuerbia aut ab alijs ueniunt, aut ex ſe. Sunt loci, temporis: Vtputa loci, hic, iſtic, illic, & cætera, quæ locum ſignificant. Temporis, ut hodie, cras, heri, & cætera, quæ tempus ſignificant. Ab alijs aduerbia*

uerbia ueniunt, aut à nomine, aut à participio: ut à docto, docte: à iuſto, iuſte. Sanè aduerbiorum biſormis regula eſt. Ablatiuo enim diriguntur aduerbia: Nam ſi habuerit ablatiuus o, aduerbium in e mittit, ut ſupra dictũ eſt: à docto, docte: à iuſto, iuſte: ab impio, impie: à religioſo, religioſe. Si uero ablatiuus in i exierit, aduerbium in ter exierit: ut à ſimili ſimiliter, ab agili agiliter, à ueloci uelociter, à forti, fortiter, à grandi granditer.

## DE PRÆPOSITIONE.

PRæpoſitiones notæ ſunt accuſatiuæ, et ablatiuæ: utputa ad præpoſitio maſculinis: ut ad illum uado: fœmininis, ad illam uado: in neutris, ad illud uado templum, uel theatrum. Et pluraliter in maſculino, ad illos: in fœminino, ad illas: in neutris, ad illa templa uado. Sanè ſi tibi per hoc nomen interrogatio fit: utputa ſi dico: ad quem uadis? ad quam? ad quod? In plurali uero uide ne dicas: ad templa uadis: ſed ad quæ templa? ſic, ad quæ loca pergis? ad quæ palatia? ad quæ ſpatia? & alia ſimiliter. In ablatiuis autem dicimus, à te uenio, ſic ab illo, à thea-

*tro, ab illa, à nobis, ab ædibus, ab illis uenio.* Remanent *præpoſitiones utriuſque, quæ diſcernunt de motu & ſitu.* De motu: *ut puta, quo is? uides quia mouet.* Sed *quid reſpondebitur? ad accuſatiuum caſum, ut dicas, in forum, in templum, in balneum.* Si *uero ſitus eſt, & ſignificat ſe fuiſſe alicubi, in ablatiuo reſpondebis, ut dicas, in foro fui.* Ergo *tu ſic attende, ut ſi fuerit alicubi, reſpondeas ablatiuo, ſi adhuc uelis ire, accuſatiuo. Abunde dictum ſit de præpoſitionibus:* Nam *cætera habemus in artibus pleniſſime dicta.*

Q. RHEMNII PA*læmonis de re grammatica,*

FINIS.

Q. TEREN

# Q. TERENTII SCAVRI DE ORTHOGRAPHIA AD THESEVM.

*SCribendi autem ratio quatuor modis uitiatur, per adiectionem, detractionem, immutationem, adnexionem: Per adiectionem, ut quũ querellam per duo l ſcribunt, quum querulus ſit, non querullus: Per detractionem, cum œdus ſine adſpiratione ſcribitur, cum alioqui cum ea debeat: Quoniam apud antiquos fœdus ſit dictus, & ubi illi f literam poſuerunt, nos autem h ſubſtituimus, ut quod illi fordeum dicebant, nos hordeum: fariolum, quem nos hariolum: Similiter fœdum, quẽ nunc nos hœdum dicimus. Per immutationem, ut cum at coniunctionem per d ſcribunt, & eandem quoties præpoſitio ſit per t, cũ alioqui è cõtrario debeat fieri: Per adnexionem, ut cum in uerbo Neſcio s literã priori ſyllabæ coniungunt, cũ poſterioris initium eſſe debeat, eſt enim neſcio: nã ne, pro nõ poſitum eſt apud antiquos, ut nefrendes porcos, qui ſunt ſine dentibus, id eſt, qui fabam frendere non poſſunt: neſapus, qui nõ ſapit: ita & neſcio, nõ ſcio, diductis in uerbum & aduerbium ſyllabis. Recor-*

*Recte ſcribendi ratio.*

*rigitur uero regulis tribus,* Hiſtoria, Originatione, *quam Græci* ἐτυμολογίαν *appellant:* Proportione, *quæ Græce* ἀναλογία *dicitur.* Hiſtoria *quidẽ, ut cum ſed, per nouiſsimam literam ſcribimus: quoniam antiqui ſedum dixerunt, & per abſciſionem cõiunctionis pars remanſerit:* At originatione, *ut cum dicimus inchoare, cum adſpiratione ſcribendo, quoniam à chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum;* Proportione, *ut cum dicimus, ſeruum & ceruum, & ſimilia debere ſcribi, quia antiqui per uos ſcripſerint, quoniam ſcierunt uocalem non poſſe geminari, credebantq́; & hanc literã geminatã utroq; loco in ſua poteſtate ſeruari, ignorantes eam præpoſitam uocali, conſonantis uice fungi, & poni pro ea litera, quæ ſit f:* Deinde quod omnia nomina fœminina nominatiuo ſingulari a finita, quoties in maſculinum tranſeant, ſeruatis præcedentibus literis, nouiſsimum a in u uertant, & adſumpta s, contrarium ſexum ſignificant: ut iuſta, iuſtus: caſta, caſtus: pia, pius: ita & equa & ſerua, præcedentibus literis ſeruatis, & u pro a ſubſtituto, equus & ſeruus, & equum & ſeruum: *Per uus non per o efficere, excepto uno, auia, auos, unde apparet auom debuiſſe dici:* Redditis ergo uitiorum modis, & emendationis regula expoſita, ante quam ad ea ueniamus, circa quæ

*ca quæ ſcribentium error argui ſolet, neceſſarium putamus, ante cognationẽ explicare literarũ, quoniam huius quoq; notitiam hæſitantibus ſæpe ſuccurrit. Vocales itaq; inter ſe mutuis uicibus in declinatione funguntur, ut ago, egi: tango, tetigi: ſalit, exilit: ſalſus, inſulſus: quod non minus in extremitatibus nominũ apparet, cum iuſtus, iuſti, iuſto, iuſte, dicimus, uni literæ ſubinde ſuccedentibus cæteris.* Nec *minus conſonantes, ut f & h, utraq; enim ut flatus eſt, quare quem antiqui fircum, nos hircũ: & quam* Fa*liſci habam, nos fabam appellamus: & quem antiqui fariolum, nos hariolum.* Item *l & r & s, cuius rei maximum argumentum eſt, quod aliqui r exprimere non poſſunt, aut l dicunt, aut s.* Nec *minus quod capra, per diminutionem capella dicatur, & frater, fratellus:* Item *furuos dicimus, quos antiqui fuſcos: & aras, quas illi aſas: & lares, quos laſes:* Item *ſellam, quam illi ſeddam: & attulit, attinet, t pro d ſub tuto.* M *deinde & n conſentiunt, & penè idem ſonant, ut diſtinguendorum ſonorum utriuſq; literæ cauſa, dicere antiqui præpoſita l quàm n maluerũt: hoc probant etiam* Græci, *qui ubi nos m literam ponimus, n ponunt, ut graphiũ, γραφεῖον: ut ſalum, σάλον, & ſimilia.* X *litera cognata c & g quod lingua paulum ſublata hæ dicuntur, ut ab eo quod*

*Vocaliũ mutuæ uices.*

*Cognatæ*

*Aſes.*
*Laſes.*
*Sedda.*
*Attulit.*

*eſt lux, & lex, dicimus lucis, & legis:* B *cum* p *eti=
am conſentit, quoniam origo eorum non ſine labore
cõiunctione reuelli à quoquã poteſt, Græci* πυῤῥίαν*,
noſtri* Byrriã*: & quem* Pyrrum*, antiqui* Byrrum*,
palatium:* Item Publicolam*,* Boblicolam*: alij ſcapil=
lum, alij ſcabillum dicunt: Aut cum ab eadem uoce
duæ in æ gignuntur, ut ab eo quod eſt princeps &
cœlebs: principis & cœlibis: nec minus è contrario
in uerbis, cũ carpo, & ſcribo: carpſi, & ſcripſi pro=
ſcribimus.* C *cognationem habet cum g, & ideo alij
dicunt gaunacem, alij caunacem.* Item *camelum, ga=
melũ.* K *quoq; græca litera conſentit, unde quidam
coronam, nonnulli* Koronam *dixerunt, quidam ſu=
peruacuam eſſe literam iudicauerunt, quoniam uice
illius fungi c ſatis poſſet, ſed retenta eſt, ut quidam
putant, quoniam notas quaſdam ſignificaret, ut* Ke=
*ſonem, ut* Kaput*, &* Kalumniam*, &* Kalendas. Hac
*tamen antiqui in connexione ſyllabarum ibi tantum
utebantur, ubi a litera ſubiungenda erat, quoniam
multis uocalibus inſtantibus, quoties id uerbum ſcri
bendum erat, in quo retinere hæ literæ nomen ſuum
poſſent, ſingulæ pro ſyllaba ſcribebantur, tanquã ſa
tis eam ipſo nomine explerent, ut puta dicimus per
d ſedcim deimus:* Item *era c ſimplex, & ra, &*
*n pro ne.* *bne, b, & n:* Ita *&* quoties Knus *&* Krus *ſciben=
dum*

dum erat, quia ſingulis literis primæ ſyllabæ notabã tur, K prima ponebatur, quæ ſuo nomine a continebat, quia ſi c poſuiſſet, cenus & cerus futurum erat, non canus, & carus: Ego autem contenderim magis ſuperuacuam eſſe c quàm K, quoniam K, ut apud Græcos, ſatis uim etiam c literæ exprimat, ſed quoſdam figura deceptos, qua non ſolum apud nos, uerũ etiam apud antiquos Græcorum hæc litera notabatur, ut teſtatur fœdus Græciæ camelo æreo in hortis Cæſaris ædi fortis Fortunæ inciſum, ubi pro porta hæc forma poſita ſit. Item XII. tabulæ, ubi eſt ni pagunt, per hanc formam, quod male quidam per c, enuntiant, eſt enim præpoſitũ eius pepigi à pango, ut tãgo tetigi, nõ paxi, ut à dico, dixi: Credidi ſæpe nobis p deeſſe, & hanc quidem p dixiſſe: cæterum pro ea nota, adiecta à Spurio Carutio nouam formam s literæ præpoſitam, nam non fuerunt tam imperiti antiqui, ut K ſeruarent, ſi aliam literam idem ſonantem habuiſſent: quis enim uel hebetis animi eorum ſimilitudinem ſentire non poſſit? Q litera æque retenta eſt propter notas, quod per ſe poſita ſignificaret Q quæſtorem, & quia cum illa u litera conſpirat, quoties conſonantis loco ponitur, id eſt, pro ua, ut quis & qualis, unde & Græci κάππα, quod pro hac ponebant omiſerunt,

K nõ eſſe ſuperuacuum.

P

*omiſerunt, poſtquam uſu quoq;, quo auxilio eius literæ non indigebant, ſuperuacuum uiſum eſt: Sequitur ut demonſtremus, quæ litera aut præponi poſſit, aut ſubijci. Igitur litera præpoſita eſt u a & e, literis c & u, ſubiectiua uero u: ut au. Apud antiquos uero i litera, pro e ſcribebatur, ut teſtantur* μετάπλασμοι, *in quibus eſt eiuſmodi ſyllabarum deductio, ut: Pictai ueſtis: Et: Aulai in medio: pro pictæ & aulæ: ſed magis in illis e nouiſſima ſonat, et propterea antiqui quoq; Græcorum hanc ſyllabam per* αι *ſcripſiſſe traduntur. O præiectiua eſt e literæ, ut d. & ſecundum antiquos eadem ſyllaba i. V litera omnibus uocalibus et præiectiua et ſubiecta conſentit, ut ua, ue, ui, uo, & rurſus au, eu, iu, ou: in quibus ſyllabis non uocalis ſed conſonans eſt u. eſt enim poſita pro digamma, quod quidam Græcorum etiam uau appellant. I litera cum omnibus uocalibus præijciatur, nulli ſubijcitur, niſi u literæ, ut uidi, uir, niſi ſecundum antiquos eiuſmodi ſyllabæ, loi, & moi per oi ſcribantur, non per oe. V litera cuicunq; uocali præijci, ſed tanquam conſonans poteſt, nec minus ſubijci. Ex cõſonantibus b præijcitur in literis d l n r. bde blo bne bre, alij nulli, c præcedens init cõſortiũ ſyllabæ adſumptæ, id eſt, m n r t, ut cle, cme, cne, cre, cte, aliarum conſortiũ*

*reſpuit*

*reſpuit.*D *præijcitur l n r, dle dne dre,alijs mini me.*F *præiecta conſpirat cum l n r,ut fle ſne fre.* G *præijcitur l m n r,ut gle gme gne gre,& literæ digamma inſequente,ut gue gſr.* H *nulli conſonantium præijcitur,uocalibus uero modo utroq; conſentit,ut heri,hodie,humus,hilum,hamus:*Item *ſubiectat,hat,het,hit,hot,hut: conſonantibus tribus ſubijcitur,c p t ut che the phe,omnibus literis quibus c præijci,& ſubiungi poteſt.* L *nulli conſonantium præijcitur,ſed ſubiectiuã tantummodo habet poteſtatem,ſubiungitur autem f literæ,ut flatus:& p ut placidus,& b ut blandus,& g ut glaucus,& t ut tlo.*M *tantum conſonanti præiecta conſpirat,n ut mneſter .* N *nulli conſonantium præiectiua eſt, ſed ſubiectiuam tantum habet poteſtatem.* P *præijcitur conſonantibus,l n r s t,ple,pne,pre,pſe,pte.*Q *neq; ſubijcitur cuiquam conſonantium,excepta s,ut Squilla,neq; præponitur,excepta, a u , tamen ſi ab illo uocalis tertio loco fuerit,ut quæ,quis.* R *nulli cõſonantiũ præijcitur , ſed ſubiectiuã habet poteſtatẽ,* S *omnibus cõſonãtibus præijcitur,exceptis b,& x, quibus nihil præijci poteſt.*T *præijcitur literis, l m n r,ut tle,tme, tne, tre,& eatenus huic parti ſatiſfactũ eſt. Hinc iam quæſtiones quæ in rationem ſcribẽdi cadũt , ſecundũ propoſitæ diuiſionis ordinẽ*

*explicare*

*explicare tentabimus. Primum igitur per adiectionem illa uidentur eſſe uitioſa, quod Accius geminatis uocalibus ſcribi natura longas ſyllabas uoluit, cum alioqui adiecto uel ſublato apice, longitudinis & breuitatis nota poſſet oſtendi, nam ſingulares uocales, & produci & corripi poſſunt: unde etiã Lucilius in* IX. *ſatyrarũ de Orthographia præcipiens ait,*

*A primũ eſt hinc incipiã, & quæ nomina ab hoc ſunt*

*Deinde a primũ longa breuis ſyllaba, nos tamẽ unũ*

*Hoc faciemus, & uno eodem ut dicimus pacto,*

*Scribemus pacem placide, Ianum, aridum, acetum.*

*apec, ape, E Græci ut faciunt. Item quod Lucilius, ubi i exile eſt, per ſe iubet ſcribi, at ubi plenum eſt, præponendum eſſe ei credit, his uerſibus: Mille hominum duo milia. Item huc e utroq; opus mille militiam tenue ſi pilã, in qua luſimus, pilum quo ipſo tenues, ſi plura hæc feceris, pila quæ iacimus addere pella, ut plenius fiat: Quã incõſtantiã Varro arguens in eũdẽ errorem diuerſa uia delabitur, dicẽs in plurali quidem numero, debere literæ i præponi, in ſingulari uero minime, cum alioqui & in ſingulari non aliunde, quàm in extrema ſyllaba ſonat, ut in uerbis manifeſtũ eſt: dicimus enim: mitto, emiſimus: niſi hic uult eſſe rationẽ, quod eſt abſurdũ, ut cum uerba quoq; ex ſyllabis cõſtẽt, et diuerſa regula corrigãtur.*

*Similiter*

Similiter peccant, & qui nucs, & trucs, & ferocs in nouiſſimã literã dirigunt, cũ alioqui duplex ſufficiat, quæ in ſe c & s habet. Itẽ qui præhenſus cũ adſpiratione ſcribunt, cum eam prima perſona non habeat, & ſimiliter uehemens, cum à ui mentis dicatur, quam quidam putant adijciendã, quoniã h non aliud putẽt eſſe, quàm alterius fieri, cum hoc uerbo ſine dubitatione adſpiretur: Negat Varro etiã Grachus adſpirãdũ, quoniã à gerendo ſit cognominatus: matrẽ enim eius, q primus Grachus ſit dictus, duodecim menſes uterũ geſſiſſe. Et pulchrũ, quãuis in conſuetudinẽ adſpiretur, nihilominus tamẽ ratio exiliter e enuntiandũ & ſcribẽdũ eſſe perſuadet, ne una omnino dictio aduerſus latini ſermonis naturã mediam adſpiretur, quãuis antea à Græcis putet eſſe trãslatũ, quaſi πο λύχρουμ. Mẽſoribus tamẽ q̃uis literæ accuſet ratio quia metiar ſine illa dicatur, uindicat tamẽ eam cõſuetudo, quod uox plenius ſonet. In cõiugis tamẽ nominatiuo utrãq; partẽ ratio defendit, nã & ſiue detrahẽdũ nouiſſimæ parti putauerimus, auxilio erit quod genitiuo nõ cõiungis, ſed cõiugis dicimus, ſiue adijciendũ, quod à uerbo quod eſt iũgo, hoc nomẽ declinatũ ſit, ſed melius tamen uidetur ſine n litera dicere & ſcribere. Verũ ſine dubio peccãt, qui paulũ et paululũ p unũ l ſcribũt, cũ alioq prima poſitio eius duplici

hac

*hac litera enuntietur, ut pollum & piſillum, interdum & p & b ſuperuacuo adijcitur, ut cum ſcribimus ſumptus, & demptus, comptus, cum alioqui cæteris declinationibus uerborum nõ adſit: ſumo enim & demo, & emo, detracta p ut ſuperuacua, quare*

Ruptus. *participationibus adijciatur, ratio non eſt: nam ruptum, m cum ea dici non mirum eſt, cum uerba quoq; non ſine ea ſint, & rumpo, & rupi, & reliqua. Simi*

Hyems. *liter hyems carere p litera debet, quia in caſibus nuſquàm p nec b propinqua eius reſpondet, ſine quarum altera nuſquã in latinis ea nomina declinantur, quæ in Græcam uocem efferuntur, ut princeps & cœlebs, quia principis & cœlibis ſcribitur. Nõ mediocriter peccant etiam qui formoſo n literã adſumant, non magis enim hæc litera huic nomini neceſſaria eſt, quàm glorioſo, quod à gloria uenit, ita ut glorioſus à gloria, & formoſus à forma. Nec minus falluntur, qui Mezentium per duo z ſcribunt, ignorantes duplicem literam non debere geminari, quanquam quidam colligant duplicem non eſſe. Cauſam*

Duplex litera non geminatur. *item multis ſcio per duo ſ ſcribi, ut non attendentibus hanc literam, ut etiam cognatam illius r, niſi correpta uocali præcedente, non ſolere geminari, & propterea quoties productam uocalem u ſequatur, in id ſolere deſinere ſyllabæ ſonum, ut in plauſu, &*

luſu

*luſu, & plauſu: ita cum hac utique litera eiuſdem modi ſyllabarum finiri ſonus debeat, nunquam autem à gemina ulla ſyllaba incipiat, apparet Cauſam geminatum ß non recipere: quoniam neq; in fine praecedentis ſyllabæ alterum poteſt poni, neque a gemino ſequẽs incipere: Sed illud ſequuti uidentur, quod cauſa dicta ſit à cauillationibus, uel à cauendo, dein de per* συγκοπὴν *cauſa, ita & initia* συγκοπὴν *geminandum ß putauerunt, ut originatio appareret, deinde per detractionem hoc modo ſcribendi ratio corrupta eſt, quibuſdam uno i ſcribentibus genitiuum eorum nominum, quæ ius genitiuo ſingulari finiũtur: ut Antonius, Antoni: Tremelius, Tremeli, exigente regula, ut in horũ genitiuis i litera geminetur: quoniã genituus ſingularis non debeat minorẽ numerũ ſyllabarũ habere quàm nominatius: quinimo interdum etiam maior ſit: propter quã cauſam ego etiam uocatiuos horum per duo ij, non ut conſuetudo uſurpauit per unum, putem eſſe ſcribendum: quia non debeat æque uocatiuus minorem numerum ſyllabarum habere quàm nominatiuus.* Vocatiui per duo i. *Ita ô Antonij, & ô Amilij in ſingulari uocatiuo, & dicendum & ſcribendum eſſe contenderim. Item cum Exulet, Expectatus ſine s litera ſcribuntur, cũ alioqui adiecta ea debeant ſcribi, quoniam ſimiliter*

*ſolum, ſpectatusq́; dicatur, & adiecta præpoſitione ſaluū eſſe illis initium debeat. Detrahitur à quibuſdā nominibus, quæ ab y litera incipiunt h, contendentibus neq; literam eam eſſe, & poſſe uel non adiecta illa aſpiratione, in y litera ſecundum hæc nomina intelligi, quoniam nuſquam y litera præcedens exiliter enuntietur, ut hypnos, hymnos: hyacinthus, ita ſatis per ſe poſita aſpirationē ſui declararet, niſi opicus legat. Quibus primum illud reſpondemus, h & eſſe literam, & apud Græcos quoq; fuiſſe, quod ſignificant Attici, qui principes literarū, à quibus earum nomina incipiunt, numeris notantes, hac quoq; in eadem ſignificatione utantur: Nam quoties unū notant μι̃ et α literam ponunt: quoniam apud illos μι̃ et α dicitur, δύο δ tria t, ſic et ἑκατὸμ, id eſt, centum h litera notant: Deinde quod in ordine literarū nulla nota locum ſibi uindicet, cum h octauo loco poſita ſit, ſequitur quod more reliquarū literarum* quæ mutato ordine alias atq; alias efficiāt poteſtates, quod notæ nō ualent: & ſicuti a s & ſa, aliā uocem, et aliam efficiāt poteſtatem: & ad & da, ita ha & ah. Præterea q, literis principibus dictionum ſingula nomina aut uerba cōprehendimus, ut cum ſcribimus R.p. & remp. ita & H per ſe cum hac lege, & hac die ſignificamus, & horā tertiam, hæredes ue*

Decrat uerbum.

*des ue. Extremo quod proprium eſt literarũ: quod propinquitate ſociari, & inuicem ſuccedere, ut cum fuſcos furios dicimus, & ſeddam ſellam: ita cum h eiuſdem ſit facultatis, nimirum hæc quoq; litera eſt, quod cum h inuicem ita mutatur f, ut quam nos fabã dicimus, antiqui habam dixerint, & quod hordeum appellamus, illi fordeũ nominauerint. Apparet itaq; adijciendam eſſe, nec ſine ſcripto intelligendã, quoties in latinis nominibus uis illius exegerit. Quæſitũ eſt, extrinſecus & intrinſecus utrum h litera, an ſine ea ſcribendum eſſet: Et quidam ſine illa putauerunt, quoniam extra diceretur, et a in compoſitione in i interdum mutaretur, ut facere & deficere: ita quod eſt poſitum ex aduerbio extra & ſecus, eo quidem quoniã extraneus diceretur: intrinſecus uero ſine eadem litera, ne bis poſita duriorem ſonum faceret. Sequitur mutatio, in qua multa quæruntur.* Mutatio. *Et primum quidem illud de quo diximus: Vtrum per ai an per æ genitiuo & datiuo ſingulari, & nominatiuo & uocatiuo plurali eiuſmodi nomina ſcribenda ſint, Senecæ, & Catilinæ, & Perpennæ, quorum quoniam iam reddita eſt ratio, ad reliqua ueniamus. In uocalibus ergo quæritur, maximus an maxumus, id eſt, per u an per i debeat ſcribi. Item optimus an optumus, & artibus an artubus, & ma*

*nubus, & manibus: & qui hæc nomina ſcribendā per u literam putant, illam rationem ſequuntur: quoniam nominatiuo & prima poſitione corundā per eandem literam artus, & magnus, & malus, et bonus dicantur, ignorantes cognationem inter ſe literarum, de qua prædiximus: nam & caſtus caſtis facit, & Iulianus Iulianis, & reſtitutus reſtitutis, u in i tranſit, & fluctus fluctibus, & anus anibus. Adijce quod maximus corruptum ſit ex magniſsimo: Nam ſecundum analogiam magnus ſuperlatiuū magniſsimum facit, inde correpte maximum figuratum. Item optimum ab optione dicitur, quare optimum. Artibus autem & artubus quidam uariauerunt, & per i quidem datiuo & ablatiuo plurali ſcribi putauerunt, quoties ab arte deſcenderet, ut ſit ars, artis, artibus: artubus autem u, quoties ab eo quod eſsent artus. Vnde apud Lucretium legunt:*

*Hinc noua proles*
*Artubus infirmis teneras laſciua per herbas.*

*Quod ſi diſtinctionis cauſa ratio corrumpitur: Caueas quoq; quare non accentu aut litera t mutamus, cum & uerbum & nomen ſignificet? & in hoc tectis, cum et nomen & participium ſit, & in ſimilibus. Ergo uox ſcribēda quomodo & ſonat: nemo autem unquam tam inſulſe per u artubus*

*tubus dixerit. Y literam ſupcruacuam latino ſermoni putauerunt, quoniam pro illa u cederet, ſed cum quædam in noſtrum ſermonem græca nomina admiſſa ſint, in quibus euidenter ſonus huius literæ exprimitur, ut hyperbaton, ut hymnus, & hyacinthus, & ſimilia in eiſdē hac litera neceßario utimur. Quæſitum eſt & de mutatione nouißimæ literæ præpoſitionum, quoties in compoſitionem uenirent, quam quidam imperite ſicut per cuſtodiunt, ut abripit dicētes et conripit, et conludit: quoties ergo à liquida litera ſequēs cœperit, uertitur in eā cui liquidæ præpoſita fuerit: Liquidæ autem ſunt quatuor, l m n r. miſſa nouißima ſui parte, ſequentis uerbi primam literam geminandam, ut rapio, arripio, & corripio, & ſurripio. Item accerſo, quamuis alij arceſſo dicant, non ſine ratione, quod etiam r in eiuſmodi compoſitionibus in d retranſit, quod & præpoſitio ſinitur, ut in arripio: ſed quidam differentiam eſſe uoluerunt, ut arceſſo quidem ab eo uerbo eßet quod eſt arceo: accerſo uero ab eo quod eſt accio. Sed nobis, utcunq; ſcribendum, ad eandem ſignificationem uidentur pertinere, ſimiliter ligo, alligo, colligo, pellego, ut oēs antiqui dixerunt, non perlegere: Vnde & apud Vergilium legendum: pellicerent oculis. Item muto, commuto, per duo m, &*

*im nuto, et imminet, & impius. In his aūt ſeruat præpoſitio literā ſuā, ut innuba, & inuita, & innocens, quoniā ſequētia uerba ab eadē litera incipiūt. Ex ſemiuocalibus quoq; gemināt præpoſitiones primā ſequētis uerbi literā, ut eſſatus, nō exſatus nec ecſatus, ut quidā putauerūt, efferuens. Itē mutis; attulit per t, & attigit, & attinuit: In cōtulit tamē non mutat, nec in cōbibit, nec in conſumit. Et ſic ubi lōga ſequatur aut natura aut poſitione, niſi media cōſonās liquida fuerit. Quæſitū eſt, hyems utrū per pſ, an ꝑ ms deberet ſcribi, cū alioqui dubiū nō ſit, quin ꝑ m ſcribēda ſit, quoniā genitiuo hyemis facit: et quoniā per p et s ea ſcribātur, quæ apud Græcos ψ deſinūt, hanc aūt nō in ψ deſinere manifeſtū eſt, ex eo ꝙ quæ illa litera terminātur, aut in πος, ut πέλοψ πέλοπος, aut in βος deſinunt, ut φλὲψ φλεβός: hyems aūt neutrā harū ſyllabarū genitiuo recipiat. Itē nō cōſtat, Obſcurū utrū ꝑ ob an ꝑ op debeat ſcribi, nec minus obſeruo, obſideo, cū in illis b litera euidēter ſonū ſuū uindicet. Non caret quæſtione etiam plebs et*

Notatur Varro. *urbs, & Pelops, quæ Varro ita diſtinguit, ut ꝑ b et s ea ntiuo caſu putet eſſe ſcribēda ea quæ eandē literā gt̄iuo reddāt, ut plebs plebis, urbs urbis: ea uero ꝑ p et s, quæ ſimiliter gt̄iuo eiuſdē numeri in p i ſe excurrunt, ut Pelops Pelopis. Sed nobis utrunq; per ps uidetur eſſe ſcribendū, quoniam ex his ψ litera*

*conſtet, quam genitiuo diximus, aut in b i s, aut in p i s exire. Quis quidam per c u i s ſcribunt, quoniam ſuperuacuam eſſe q literam putent, ſed nos cum illa u literam & s, quando tertia ab ea uocalis ponitur, conſentire iam demonſtrauimus: c autem in datiuo ponemus ut ſit differētia, cui et qui, id eſt datiui & uocatiui ſingularis, ſed & nominatiui & uocatiui pluralis, quanquam ſecundum Analogian omnes partes orationis, quæ per caſus declinantur, eandem literam in prima parte omnes caſus ſeruent, quā in nominatiuo habuerint. Cum quidam per c um, nonnulli per q uum, quidam etiam eſſe differentiam putāt, quod præpoſitio q dē per c, illo modo, cū Claudio, cum Camillo, aduerbium autem per q debeat ſcribi, ut quom legiſſem, quom feciſſem, quoniam antiqui pro hoc aduerbio, cui ne dicebant, ut Numa in Saliari carmine:*

*Cui ne ponas Leuce ſi æ prætexere monti. quotibet cunci de his cum tonarem. Per connexionem illam adnotanda ſunt, ut negotium cuius primæ ſyllabæ g debeat adiungi, non ſequenti quod dictum eſt, quia nec, otium: Item neſcire, quod ſit ne & ſcire: Et exul, ita ut s ſequenti ſyllabæ adiungatur, qua ſignificetur, extra ſolum patriæ miſſus. Hæc ſunt quæ urgenti tempore complecti tibi in præſentia potui*

*Theſeu quod exẽplis deſecerit, uel quæſtionibus ſubiungetur, nam quod ad rem maxime pertinet regulam uides.* Per c, *cum aduerbium erit temporis, ut cum uenerit loquemur: cum uoles ibimus: cum patieris feres: alij ſic, quoties u ſequitur, q ponendum, ut per literam mequom, tequom, quotus, quoties, aliquoties:* In *cæteris uocalibus, id eſt, e o c ponẽdũ, ut cecidit* Cornelius *citatus.* Varro *aduerbia localia quæ alij præuerbia uocãt, quatuor eſſe dicit, ex, in, ad, ab:* Ex, *locũ ſignificat unde egredimur, unde ex area in locũ quẽ inimus, ut in aream: ad, locũ ad quẽ adimus, ut ad parietem: ab, locũ à quo diſcedimus, ut ab pariete; horum duorum aduerbiorum ex & ab poſteriores literæ ſolent demi, aliâs rectè, aliâs perperam, quando ergo, & quando non edici oporteat, ex conſequentibus uocabulis animaduertitur, nam ſi id quod ſequitur literã habet primam ſemiuocalem, aut mutam edictum leuius uidebitur, ut è* Gallia *è* Thuſcia: Q*uoties uero uocales ſequũtur in eo quod ſequitur, a e o, ſimplicem & eandem habent rationẽ, quod ex præponitur, ut in his, ex arce, et ex* Eryco, *ex* Olympo, *aliter enim fiunt hiulca, ut è arce, è* Eryco, *è* Olympo. *Si uero in uocabulo quod ſeqtur, princeps litera uel u uel i fuerit, duas habet rationes; unã ſi aliqua uocalis proxima coniuncta eſt, in ſyllaba*

*ſyllaba eadem, tunc ſicut cum eſt ſemiuocalis, aut muta obſeruari dixi oportere: ita in his debet fieri, ut eſt è Vaticano, è Iudæa; ſin uocabulum duas uocales proximè non habuerit coniunctas, quorum ſit litera princeps a u aut i, proinde atq; a e o ſit obſeruãdũ: quod dici oportet, ex irpinis, quã è irpinis, ex Vmbria quàm è Vmbria: Similiter in h litera obſeruari debet, ut in a e o literis, ne dicamus è, ſed ex hymæſto, ſimiliter eſt in ab, quibuſdã diligentioribus leuitatis cauſa ſolet demi b propoſitũ uocabulis aut nominibus locorum, in quibus principes ſunt literæ ſemiuocales, aut mutæ eã repudiãt, à Baijs, à Capua, à Dertona, cõtra nõ demitur b cũ in uocalibus aut nominibus eſt primũ a e o, ut ab Aricia, ab Elia. Sin u aut i, duplicem habent rationem, ſi enim ſunt ſolæ, dicuntur ut reliquæ uocales, ab Arabia dico. Sin proximas literas uocales ſecum habent coniunctas: proinde obſeruandum eſt, an ſint ſemiuocales an mutæ, à Venuſia, à Ianiculo. Ad, locum ſignificat, ut adæde ad me: qui dominati apud me ſunt, apud illum eſt. De quoq; nonnunquam perperã ponitur pro ex, ex nonnunquam prouincia uenire qui ſe dicit, nam perperam eſt: imus enim in prouinciam ut in nauem, ut in circum, eximus è nauibus Corſica, prouincia. De prouincia exiſtimamus, cum de ea bene aut male præ-*

*dicamus, de naui dicimus, cum longa aut oneraria ſit, rogamus: de circo, cum Flaminius, an Maximus. Item uitioſe dicitur ſenatum haberi apud ædem Apollinis, quod in æde dici oportet: Et de ſenatus ſententia uitioſe, nam debent dicere, ut ex mea ſententia, ex tua ſentētia, ſic ex ſenatus ſententia. Itē quidā dicunt, de ſenatu ire dici potius, quàm è ſenatu, quod eo quo inimus dicimus in, de cū redimus, ex ſenatu eiectus potius q̃ de ſenatu: Male imperant qui dicunt de tabulis quid dicere, de tabulis enim is dicet, qui eas laudat aut culpat, è tabulis is dicit, qui quod eſt in his ſcriptum recitat è ſcriptum, quæ pronuntiantur, ſi ea uidet, potius dici oportet legi, quàm dici contra eas literas non ſpectat. A capite dempta quæ uocant, male appellant, quod ſunt de capite dempta, non à capite: ad caput additum recte dicitur, ſi eſt extra caput quod additur, qui tranſcribunt tabulas, non deſribunt, ſed excribunt, qui quales ſunt ſcribunt, id eſt, tribuunt. A ſcena uenit, ſpectator è ſcena uenit, qui egit contra, ſpectator è theatro, à theatro actor: De ſcena loquitur, qui de ea bene an male ornata ſit loquitur: In ſcena pronuntiat, qui hoc idem ſubtilius uult dicere, non in ſcena, ſed pro ſcena dicit, pronuntiare actorem in ſcena ſignificanter Græce dicimus: E ſcena actor exit, uenit in pulpitum*

*pitū ac ueſtibulū, in ſcena itaq; actor eſt, cū eò uenit: Dicimus prodire, q domo excedit, procedere qui eo quod ducit producere. Pro roſtris dici oportet, cū is qui concionatur his dicit qui ante roſtra ſunt, pro roſtris enim & ante idem ſunt. In roſtra aſcendit, è roſtris deſcendit: de roſtris dicit, qui ea cuiuſmodi ſint, dicit. In concione ſtat, è concione uenit, de conci one dicit. Inſcribunt quidam literis, Datæ è Gallia: Item in Romā uitioſe, nam ſic dici oportet in Gallia, & Romæ, dantur enim in loco, adferuntur è loco: ſequitur ut dentur in Gallia & Romæ. Præpoſitio nōnūquam per unam literam ſcribitur, ſed per dimi nutionem, ut ebibit, pro exbibit, ab Roma uenio, μεταπλασμὸς eſt pro Roma. Singularis nume= rus per unū i literā ſcribitur, ut docilis, facilis: Plu= ralis autem per e & i, ut facileis, docileis, ut ex hoc appareat ſingularis ne ſit appellatio, an pluralis aureis quas modo ætheris ſcribimus, modo quibus au diuimus, nec minus anubis i ſingularis in fraude pro duci poteſt, ut uidi ſcribitur, ſi aut cū eadem i litera aliud breue, aliud longū eſt, ut illa & pila. Apices ibi poni debēt, ubi eiſdē literis alia atq; alia res deſigna tur, ut uenit, et uenit, aret et aret, legit et legit, cætera q; his ſilīa, ſup i tamē literā apex non ponitur, melius enī i pila in lōgū pducetur, cætræ uocales, qa eodē*

*ordine*

ordine poſitæ diuerſa ſignificant, apice diſtinguuntur, ne legens dubitatione impediatur, hoc eſt, nemo hoc ædes pronuntiet. Breuitatem huius libelli, ſi tibi uidetur, adglutinabis ei, quem de literis nouis habes à me acceptum, quod ipſe feci, quia puſillitas ſub ipſo decẽtius prodire, quàm per ſe cenſiri poterat.

FINIS.

# AELII DONATI BARBARISMVS.

Barbariſmus eſt una pars orationis uitioſa in cōmuni ſermone: In poëmate Metaplaſmus. Itemq; Barbariſmus in noſtra loquela, in peregrina barbarolexis dicitur, ut ſi quis dicat, maſtruga, cataeia, magalia, acinacis. Barbariſmus fit duobus modis: pronuntiatione, & ſcripto: His bipertitis quatuor ſpecies ſupponuntur: Adiectio, Detractio, Immutatio, Tranſmutatio literae, ſyllabae, temporis, toni, adſpirationis: Per adiectionem literae fiunt Barbariſmi ſic, ut:

Relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli.

Cum reliquias dicere debeamus. Syllabae, ut:

Nos abiſſe rati, & uento petiiſſe Mycenas.

Pro abiiſſe. Temporis, ut:

Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit.

Cum Italiam, correpte prima litera dicere debeamus. Per detractionem literae, ſicut: Ifantibu paruis, pro infantibus. Syllabae ut: Salmentum pro ſalſamētū. Temporis, ut:

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Pro

*Pro unius*. Per *immutationem literæ; ſicut:* Olli, *pro illi: Syllabæ ut*, Pernucies, *pro pernicies*. *Temporis, ut:*

Feruere Leucaten auroq; effulgere fluctus.

*Cum feruere ſit ſecundæ coniugationis, & producte dici debeat.* Per *tranſmutationẽ literæ, ſicut:* Euãdre, *pro* Euãder. *Syllabæ ut:* Diſplicina, *pro diſciplina: Temporis ut: Si quis deos producta priore ſyllaba, & correpta poſteriore pronunciet. Toni quoq; ſimiliter per has quatuor ſpecies commutantur:* Nã *& ipſi adijciuntur, detrahuntur, immutantur, tranſmutantur, quorum exempla ultro ſe offerent: Si quis inquirat, totidem modis etiam aſpiratione deprehenditur* Barbariſmus, *quem quidam ſcripto, quidã pronuntiatione iudicant adſcribendum, propter h ſcilicet, quam alij literam, alij adſpirationis notam putant: Fiunt etiam* Barbariſmi *per hiatus: ſunt etiam malæ compoſitiones, id eſt,* κακοσύνθετα, *quæ uitia nonnulli* Barbariſmos *putant, in quibus ſunt:* Myotaciſmi, *Labdaciſmi*, Iotaciſmi, Hiatus, *Colliſiones, & omnia quæ plus æquo, minusue ſonantia, ab eruditis auribus reſpuuntur:* Nos cauenda hæc *omnia uitia prælocuti, controuerſiam de nomine pertinacibus relinquimus.*

De

# DE SOLOECISMO.

SOlœciſmus, eſt uitiū in contextu partium orationis, contra regulā artis Grāmaticæ factum: Inter Solœciſmum & Barbariſmum hoc intereſt, quod Solœciſmus diſcrepantes, aut inconſequentes in ſe dictiones habet: Barbariſmus autem in ſingulis uerbis ſit ſcriptis uel pronuntiatis: Quāquam multi errāt, qui putant etiam in una parte orationis fieri ſolœciſmum, ſi aut demonſtrantes uirum, hanc dicamus, aut fœminam, hunc: Aut interrogati quò pergamus: reſpondeamus, Romæ: Aut unum reſalutantes, ſaluete dicamus: cum utiq; præcedens demonſtratio, uel interrogatio, uel ſalutatio, uim connexæ orationis obtineat: Multi etiam dubitauerunt, ſcala, quadriga, ſcopa, ſolœciſmus, an barbariſmus eſſet, cum ſcilicet id genus dictionis Barbariſmū eſſe, uel ex ipſius uitij definitione facile poſſit agnoſci. Solœciſmus ſit duobus modis, aut per partes orationis: aut per accidentia partibus orationis: Per partes orationis fiunt Solœciſmi, cum alia pro alia ponitur, ut:

Sanguineam torquens aciem, toruumq; repente.
Clamat io matres audite ubiq; Latinæ

Pro toruc nomen, pro aduerbio poſitum eſt: Fit etiā in eadem

*in eadem parte orationis hoc uitium, cumipſa pro ſe non in loco, neq; ut conuenit ponitur, ut:*
*Cui tantum de te licuit mihi fama ſuprema.*
*pro in te:* Et *apud amicum eo, pro ad amicum:* Et *intro ſum, pro intus ſum:* Et *foris exeo, pro foras.* Per *accidentia partibus orationis, tot modis fiunt Solœciſmi, quot ſunt accidentia partibus orationis, ſed ex hijs propter cõpendiũ exempli cauſa perpauca monſtrabimus.* Per *qualitates nominum fiunt Solœciſmi, ſicut:*
*Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto*
*Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omina mortis.*
*Pro Dardanius, proprium pro appellatiuo poſuit.*
*Per genera, ſicut ualidi ſilices, & amaræ cortices, et collus collaria caret:* Per *numeros, ſicut:*
*Pars in fruſta ſecant, ueribusq; trementia figunt.*
*Pro ſecat.* Per *comparationes, ſicut:*
*Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum.*
*Pro ſanctiſsima.* Per *caſus, ſicut:*
*Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. ſubducite naues.*
*Pro urbs quam ſtatuo.* Per *modos uerborum, ſicut:*
*Itis paratis arma quamprimum uiri. pro ite parate, Indicatiuum modum pro imperatiuo poſuit.* Per *ſignificationes, ſicut:*
*Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt.*
*Pro ſpoliant*

*Pro ſpoliant: Per tempora, ut:*

*Immeritam uiſum ſuperis, caditq́; ſuperbum*
*Ilium, & omnis humo fumat* Neptunia Troia.

*Pro cecidit & fumauit.* Per *perſonas, ſicut:* Da=*nai, qui parent* Atridis, *quamprimum arma ſumite. Pro qui paretis.* Per *aduerbia, ſicut: intus eo, pro intro: & foras ſto, pro foris: &* Italia *uenio, pro de* Italia: *& ad* Romam *pergo, pro* Romam. Cum *præpoſitio nominibus ſeparatim addenda ſit, non aduerbijs.* Per *præpoſitiones, cum alia pro alia ponitur, aut neceſſario ſubtrahitur: Alia pro alia po=nitur, ut: Sub lucem ibant: pro ante lucem:* Neceſſa*rio ſubtrahitur, ut:*

*Syluis te* Tyrrhene *feras agitare putaſti.* Pro *inſyluis.* Per *coniunctiones, Sicut:*

*Præcipitare iubent, ſubiectisq́; urere flammis.* 2. Aen.

*Pro ue.* Per *ordinem coniunctionis, ut: Autem fieri non debet: cum dicendum ſit: fieri autem non debet.* Fiunt *præterea ſolœciſmi pluribus modis, quos reprehendendo potius, quàm imitando poſſumus adnotare.* Solœciſmus *eſt in proſa oratione, in poëmate Schema nominatur.*

c DE CAETE

## DE CAETERIS VITIIS.

CVm Barbariſmo & Solœciſmo uitia X. nominantur, hoc modo:

| Barbariſmus. | Solœciſmus. |
|---|---|
| ἀκυρολογία. | ταυτολογία. |
| κακέμφατον. | ἔκλειψις. |
| πλεονασμός. | ταπείνωσις. |
| μακρολογία. | κακοσύνθετον. |
| περισσολογία. | ἀμφιβολογία. |

ἀκυρολογία, eſt impropria dictio, ut:

Verg. 4. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Sperare enim dixit pro timere.

κακέμφατον, eſt obſcœna enuntiatio, uel in cõpoſita dictione, uel in uno uerbo: ut:

1. Aeneid. Corpora fundat humo, et numerũ cũ nauibus æquat.

Teren. Et: Arrige aures Pamphile.

πλεονασμός, eſt adiectio uerbi ſuperuacui ad plenam ſignificationem, ut:

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt.

περισσολογία, eſt ſuperuacua uerborũ adiectio, ſine ulla ui rerum, ut:

Ibant quà poterant, quà non poterant nõ ibant.

μακρολογία, eſt longa ſententia, res non neceſſarias comprehendens, ut: Legati non impetrata pace

*ta pace retro unde uenerunt domum reuerſi ſunt.*

*ταυτολογία, eſt eiuſdem dicti repetitio uitioſa, ut, egomet ipſe.*

*ἔκλειψις, eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis, quem deſiderat præciſa ſententia, ut:*

*Hæc ſecū: mé ne incepto deſiſtere uictam?* 1. Aeneid.

*Deeſt enim, loquebatur.*

*ταπείνωσις, eſt humilitas magnæ rei, nō id agēte ſententia quod demonſtrat, ut:*

*Includunt cæco lateri, penituſq; cauernas* 2. Aen.

*Ingentes, uterumq; armato milite complent.*

*Id eſt, multæ legiones armatorum militū impleuerunt cauernas. Et:*

*Dulichēas uexaſſe rates, & gurgite in alto. Et:*

*Pelidæ ſtomachum cædere neſcij.* Horatius.

*κακοσύνθετον, eſt uitioſa compoſitio dictionum, ut:*

*Omne æuum ferro teritur, uerſaq; iuuencum*
*Terga fatigamus haſta, nec tarda ſenectus.*

*ἀμφιβολογία, eſt ambiguitas dictionis, quæ fit aut per caſum accuſatiuum: ut ſi quis dicat: Audio ſecutorem retiarium occidiſſe.*

*Aut per commune uerbum, ut ſi quis dicat: Criminatur Cato, uadatur Tullius: nec addat quem, uel à quo.*

*Per diſtinctionem: ut: Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem.*

*Fit & per homonyma: ut ſi quis aciem dicat, & non addat oculorum, exercitus, an ferri.*

*Fit præterea pluribus modis, quos percenſere omnes, ne nimis longum ſit, non oportet.*

## DE METAPLASMO.

*Metaplaſmus, eſt transformatio quædam recti ſolutiq; ſermonis, in alterã ſpeciẽ metri, ornatus, neceſſitatisúe cauſa.* Huius *ſpecies ſunt* XIIII.

| | |
|---|---|
| πρόθεσις. | συστολή. |
| ἐπένθεσις. | διαίρεσις. |
| παραγώγη. | συναίρεσις. |
| ἀφαίρεσις. | συναλοιφή. |
| συγκοπὴ. | ἔκθλιψις. |
| ἀποκοπή. | ἀντίθεσις, |
| ἔκτασις. | μετάθεσις. |

πρόσθεσις, *eſt appoſitio quædam ad principiũ dictionis literæ aut ſyllabæ: ut gnato pro nato, & tetulit pro tulit.*

ἐπένθεσις, *eſt appoſitio ad mediam dictionem literæ aut ſyllabæ; ut relliquias pro reliquijs,* Indupe

*rator*

rator pro Imperator. Hanc alij Epentheſin, alij Parentheſin dicunt.

παραγώγη, eſt appoſitio quædã ad finẽ dictionis literæ aut ſyllabæ, ut magic pro magis, et poteſtur pro poteſt. Hanc alij προσπαράληψιν appellant.

ἀφαίρεσις, eſt ablatio de principio dictionis literæ aut ſyllabæ, contraria Protheſi: ut mitte pro omitte, & temno pro contemno.

συγκοπή, eſt ablatio de media dictione, contraria Epentheſi: ut audacter pro audaciter, commorat, pro commouerat.

ἀποκοπή, eſt ablatio de fine dictionis literæ aut ſyllabæ, Paragogæ contraria: ut Achilli pro Achillis, & potes pro poteſt.

ἔκτασις, eſt extenſio ſyllabæ contra naturã uerbi, ut: Italiam fato profugus: cum Italia correpte dici debeat. Verg. 1. Aeneid.

συστολή, eſt correptio contra naturam uerbi, contraria Ectaſi, ut:

Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.

Cum Orion producta dici debeat.

διαίρεσις, eſt diſciſsio ſyllabæ unius in duas facta, ut eſt: Olli reſpondit rex Albai longai. Pro eo quod eſt Albæ longæ.

συναίρεσις, eſt cõglutinatio duarũ ſyllabarũ in

*unā facta, contraria Diæreſi, ut Phæton pro Phaē ton, æripidem ceruam, pro aëripidem.*

ἔκθλιψις, *eſt conſonantiū cū uocalibus aſpere concurrentiū quædā difficilis ac dura colliſio, ut:*

1.Aeneid. *Littora, Multū ille et terris iactatus & alto.*

συναλοιφή, *eſt per interceptionē concurrentiū uocalium lubrica quædam leniſq; colliſio, ut:*

*Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur.*

*Hæc à quibuſdā Synæreſis nūcupatur.* (*pro illi.*

ἀντίθεσις, *eſt literæ pro litera poſitio, ut olli*

μετάθεσις, *eſt translatio literarum in alienū locum, nulla tamen ex dictione ſublata, ut Euandre pro Euander, Tymbre pro Tymber.*

## DE SCHEMATIBVS.

*Schemata lexeos ſunt & dianœas: ſed ſchemata dianœas ad oratores perti- nent, ad grammaticos lexeos: quæ cū multa ſint, ex omnibus neceſſaria ferè ſunt XVII. quorum hæc ſunt nomina.*

| | |
|---|---|
| πρόληψις. | ἀναφορά. |
| ζεῦγμα. | ἐπανάληψις. |
| ὑπόζευξις. | ἐπίζευξις. |
| σύλληψις. | παρονομασία. |
| ἀναδίπλωσις. | σχέσις ὀνομάτων. |
| | παρόμοιον |

προοίμιον. ὁμοιοτέλευτον.
ὁμοιόπτωτον. πλύπτωτον.
εἰρμός. πολυσύνδετον. διάλυτον.

πρόληψις, eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum, ut:

Interea reges ingenti mole Latinus. &c.

ζεῦγμα, eſt unius uerbi concluſio, diuerſis clauſulis apte coniuncta, ut: 12. Aen.

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi, 4. Aen.
Qui tripodas, Clarij laurus, qui ſydera ſentis.

ὑπόζευξις, eſt figura ſuperiori contraria, ubi diuerſa ſingulis clauſulis ſubiunguntur, ut:

Regem adit, & regi memorat, nomenq́; genus q́;. 10. Aen.

σύλληψις, eſt diſsimilium clauſularum per unum uerbum conglutinata conceptio, ut:

Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma, 1. Aeneid.
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus eſſe.

Hoc ſchema late patet, ut fieri ſoleat & per partes orationis, & per accidentia partibus orationis.

ἀναδίπλωσις, eſt cõgeminatio dictiõis ex ultimo loco præcedẽtis uerſus, & principio ſequentis, ut:

Vrbs Etruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur,
Aſtur equo fidens, & uerſicoloribus armis.

ἀναφορά, eſt relatio eiuſdem uerbi per principia uerſuum plurimorum, ut:

Nate meæ uires,mea magna potentia ſolus,
Nate patris ſummi qui tela Tiphoëa temnis.

ἐπανάληψις,eſt uerbi in principio uerſus poſiti in eiuſdem fine repetitio,ut:

Ante etiam ſceptrum Dictæi regis & ante.

ἐπίζευξις,eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu ſine aliqua dilatione congeminatio,ut:

Me me adſum qui feci, in me conuertite ferrum.

προνομασία, eſt quotieſcunq; de nomine aliud efficitur nomen, ueluti quædam denominatio, ut:Nā

Teren. inceptio eſt amentium,haud amantium.

σχέσις ὀνομάτων, eſt multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi,ut:

Marſa manus,peligna cohors, feſtina uirûm uis.

προοίμιον,eſt cum ab eiſdem literis diuerſa uerba ſumuntur,ut:

Ennianū. O Tite tute Tati,tibi tanta tyranne tuliſti.

ὁμοιοτέλευτον,eſt cum ſimiliter dictiones plurimæ finiuntur,ut:Eos reduci,quàm relinqui,deuehi,quàm deſeri malui.

ὁμοιόπτωτον, eſt cum in ſimiles caſus exeunt uerba diuerſa,ut:

Mœrentes,flentes,lachrymātes,commiſerātes.

πολύπτωτον, eſt multitudo caſuum uarietate diſtincta,ut:

Littora

*Littora littoribus contraria, fluctibus undas*
*Imprecor arma, armis pugnent ipſiq; nepotes.*

εἱρμός, *eſt ſeries orationis, tenorem ſuum uſq; ad ultimum ſeruans, ut:*

*Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,*
*Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra*
*Spiritus intus alit.*

πολυσύνδετον, *eſt multis nexa coniunctionibus dictio, ut:*

*Demiſſum lapſi per funem Athamasq;, Thoasq;,*
*Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon. etc.*

διάλυτον, *ſiue* ἀσύνδετον, *eſt figura ſuperiori contraria, carens coniunctionibus, ut:*

*Diripiantq; rates, alij naualibus ite*
*Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.* Verg. I. Aene.

## DE TROPIS.

T*Ropus, eſt dictio translata à propria ſignificatione, ad non propriam ſimilitudinem, ornatus, neceſſitatisue cauſa. Sunt autem Tropi* XIII.

| | |
|---|---|
| μεταφορά. | κατάχρησις. |
| μετάληψις. | μετωνυμία. |
| ἀντονομασία. | ἐπίθετον. |

 συνεκδοχὴ

συνεκδοχή. ὀνοματοποιία.
περίφρασις. ὑπέρβατον.
ὑπερβολή. ἀλληγορία.
ὁμοίωσις.

μεταφορά; eſt rerum uerborumq; translatio. Hæc fit modis quatuor:

Ab animali ad animale.
Ab animali ad inanimale.
Ab inanimali ad inanimale.
Ab inanimali ad animale.

Ab animali ad animale, ut:

Typhin aurigam celeres fecere carinæ.

Nam & auriga & gubernator animam habent. Ab inanimali ad inanimale, ut:

Pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla.

Nam & rates & naues animam non habent.

Ab animali ad inanimale, ut:

Atlantis cinctum adſidue cum nubibus atris,
Pinniferum caput, & uento quaſſatur & imbre.

Nam ut hæc animalis ſunt: Ita mons animam non habet, cui membra animantium adſcribuntur.

Ab inanimali ad animale, ut:

Aut ſi fama mouet, ſi tantum pectore robor
Concipis, & ſi adeo dotalis regia cordi eſt.

Nā ut robor animā nō habet, ſic Turnus, cui hæc dicuntur

*cuntur, animam habet: Scire autem debemus Metaphoras, alias reciprocas, alias partis unius.*

*κατάχρησις, eſt uſurpatio nominis alieni, ut paricidam dicimus, qui occiderit fratrem, & piſcinam quæ piſces non habet: Hæc enim niſi extrinſecus ſumerent, ſuum uocabulum non haberent.*

*μετάληψις, eſt dictio gradatim pergens ad id quod oſtendit, ut:*

*Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,* 1. *Aeneid.*
*Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.*

*μετωνυμία, eſt dictio quædam, ueluti tranſnominatio, huius multæ ſunt ſpecies: aut enim per id quod continet, id quod continetur oſtendit, ut:*

*Nunc pateras libate Ioui. Aut contrà, ut:*
*Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant.*

*Aut per inuentorem, id quod inuentum eſt, ut: Sine Cerere & Libero friget Vnus: Aut contrà, ut: uinum precamur, nam hic deus præſens adeſt. Hæc exempli cauſa poſita addiſcentibus ſunt, reliqua demonſtrabit lectio.*

*ἀντονομασία, eſt ſignificatio uice nominis poſita, quæ fit modis tribus: Ab animo: A corpore: Extrinſecus. Ab animo, ut:*

*Magnanimuſq; Anchiſiades & pondus & ipſa.*
*A corpore, ut: Ipſe arduus.*

Extrinſecus

Extrinſecus, ut:

Verg. 2. Aene. *Infelix puer atq; impar congreſſus Achilli.*

ἐπίθετον, eſt ſuperpoſita dictio cum proprio nomine, Nam ἀντονομασία, uicem nominis ſuſtinet, Epitheton nunquam eſt ſine nomine, ut:

*Hos mihi prædixit luctus non dira Celenò.*

*Italides quas ipſa decus ſibi diua Camilla.*

Fit etiam Epitheton modis tribus: Ab animo: A corpore. Extrinſecus. His duobus tropis, uel uituperamus aliquem, uel oſtendimus, uel ornamus.

συνεκδοχὴ, eſt ſignificatio pleni intellectus capax, cum plus minus'ue pronuntiat: Aut enim à parte totum oſtendit, ut:

*Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum*
*Ipſius ante oculos ingens à uertice pontus*
*In puppim ferit, excutitur pronusq; magiſter,*
*Gramineas alij fontemq; ignemq; ferebant.*

Verg. 2. Aene. ὀνοματοποιία, eſt nomen de ſono factum, ut: tinnitus æris, clangor tubarum.

περίφρασις, eſt circumlocutio, quæ fit, aut ornandæ rei cauſa, quæ pulchra eſt: aut uitandæ, quæ turpis eſt, ut:

*Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,*
*Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

ὑπέρβατον, eſt tranſcenſio quædam uerborum ordinem

*ordinem turbans, cuius ſpecies ſunt quinq;:*

ὑστερολογία. ἀναστροφή.
παρένθεσις. τμῆσις.
σύγχυσις.

ὑστερολογία, *ſiue* ὕστερον πρότερον, *eſt ſenten tiæ cum uerbis ordo mutatus, ut:*

*Et Cererē torrere parāt flāmis & frāgere ſaxo.* Verg. I. Aene.

ἀναστροφή, *eſt uerborum tantum ordo præpoſterus, ut:*

*Carthago Italiam contra, Tiberinaq; longe.* Verg. I. Aene.

*Pro contra Italiam.*

παρένθεσις, *eſt interpoſita ratiocinatio diuerſæ ſententiæ, ut:*

*Aeneas, neq; enim patrius conſiſtere mentem*
*Paſſus amor, rapidū ad naues præmittit Achaten.*

τμῆσις, *eſt unius compoſiti, aut ſimplicis uerbi ſectio, una dictione uel pluribus interiectis, ut:*

*Talis hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni.*

*Pro ſeptentrioni:*

*E ſaxo cere comminuit brum:* Et:
*Maſſili portant iuuenes ad litora tanas.*

σύγχυσις, *eſt hyperbaton ex omni parte confuſum, ut:*

*Tris nothus abreptas in ſaxa latentia torquet,* I. Aene.
*Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras.*

Eſt

*Eſt enim hic ordo: tres abreptas nothus in ſaxa torquet: quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia, Itali aras uocant.*

ὑπερβολὴ, *eſt fidem dictio excedens, augendi, minuendi'ue cauſa*: Augendi: *Niue candidior*: Minuendi: *Tardior teſtudine.*

ἀλληγορία, *eſt tropus, quo aliud ſignificatur quàm dicitur, ut:*

*Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla.*

*Hoc eſt carmen finiri*: Huius *ſpecies multæ ſunt:*

εἰρωνεία. ἀντίφρασις.

αἴνιγμα. χαριεντισμός.

παροιμία. σαρκασμός.

ἀστεϊσμός.

εἰρωνία, *eſt tropus per contrarium quod conatur oſtendens, ut:*

4. Aen. *Egregiã uero laudẽ & ſpolia ampla refertis. etc.* Hanc *niſi grauitas pronuntiationis adiuuet, confiteri uidetur, quod negare contendit.*

ἀντίφρασις, *eſt unius uerbi* Ironia, *ut: bellum, hoc eſt, minime bellum*: Lucus, *quod minime luceat*: Parcæ, *quod minime parcant.*

αἴνιγμα, *eſt obſcura ſententia per occultam ſimilitudinem rerum, ut:*

*Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me,*

*Cum ſignificat aquam in glaciem conuerti, & ex ea dem rurſus effluere.*

χαριεντισμὸς, *eſt tropus quo dura dictu grati us proferuntur, ut: cum interrogantibus nobis Num quis nos quæſierit, reſponderetur: Bona fortuna, ex inde intelligetur neminem nos quæſiſſe.*

παροιμία, *eſt accomodatum rebus temporibuſq; prouerbium, ut: Aduerſus ſtimulum calces: Et: lupus in fabula.*

σαρκασμὸς, *eſt plena odio hoſtiliſq; irriſio, ut:*

*En agros, & quam bello Troiane petiſti*
*Heſperiam metire iacens, hæc præmia qui me.*

ἀστεϊσμός, *eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis: Namq; ἀστεϊσμὸς putatur, quicquid ſim= plicitate ruſticica caret & faceta ſatis urbanitate expolitum eſt, ut illud:*

*Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,* Verg.
*Atq; idem uulpes iungat, & mulgeat hyrcos.* Bucol.

ὁμοίωσις, *eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius, quæ magis nota eſt demonſtratio: Huius ſpeci= es ſunt tres:*

εἰκών.
παραβολή.
παράδειγμα.

εἰκὼν, eſt perſonarum interſe, uel eorum quæ perſonis accidunt, comparatio, ut:

1. Aene. Os humeroſq; deo ſimilis, namq; ipſa decoram.

παραβολή, eſt rerum genere diſſimilium comparatio, ut:

Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

παράδειγμα, eſt enarratio exempli hortantis, aut deterrentis, ut:

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus. &c.

Deterrentis, ut:

At nō ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor,
Ledæamq; Helenā troianas uexit ad urbes.

FINIS.

# AELIVS DONATVS DE PEDIBVS.

PEs eſt ſyllabarum & temporum certa dinumeratio. Accidunt unicuiq; pedi, Arſis, & Theſis, Numerus ſyllabarū, & Tēpus, Reſolutio, Figura, Metrū.

Pedes diſyllabi ſunt quatuor, triſyllabi octo, duplices ſedecim. Ergo diſyllabi quatuor hij ſunt:

Pyrrhichius, ex duabus breuibus, temporū duorum, ut fuga. ∪ ∪

Huic contrarius eſt Spondeus, ex duabus longis temporum quatuor, ut æſtas. — —

Iambus ex breui & longa, temporum trium, ut parens. ∪ —

Huic contrarius eſt Trocheus, ex longa & breui, temporum trium, ut meta. — ∪

Triſyllabi octo hij ſunt:

Tribrachus, ex tribus breuibus, temporum trium, ut macula. ∪ ∪ ∪

Huic contrarius eſt Moloſſus, ex tribus longis, temporum ſex, ut Aeneas. — — —

Anapæſtus, ex duabus breuibus & longa, temporum quatuor, ut Erato. ∪ ∪ —

Huic contrarius eſt Dactylus, ex longa & duabus

*bus breuibus,tẽporũ quatuor,ut Mœnalus.* — ∪∪

*Amphibrachus, ex breui & longa & breui,tem porum quatuor, ut carina.* ∪ — ∪

*Huic contrarius eſt Amphimacrus, ex longa & breui & longa, temporum quinque, ut inſulæ.* — ∪ —

*Bachius, ex breui & duabus longis, temporum quinq; , ut: Achates.* ∪ — —

*Huic contrarius eſt Antibachius,uel palimbachius, ex duabus longis & breui, temporum quinque, ut natura.* — — ∪

*Duplices ſedecim hij ſunt.*

*Procelcumaticus,ex quatuor breuibus,temporũ quatuor, ut auicula.* ∪∪∪∪

*Huic contrarius eſt Diſpondeus, ex quatuor longis, temporum octo, ut oratores.* — — — —

*Dijambus, ex duobus Iambis, temporum ſex, ut propinquitas.* ∪ — ∪ —

*Huic contrarius eſt Ditrocheus, ex duobus trocheis,temporum ſex, ut cantilena.* — ∪ — ∪

*Antipaſtus,ex breui & duabus longis & breui, temporum ſex,ut Saloninus.* ∪ — — ∪

*Huic contrarius eſt Choriambus,ex longa & duabus breuibus & longa, temporum ſex, ut armipotens.* — ∪∪ —

*Ionicus*

Ionicus minor, ex duabus breuibus, & duabus longis, temporumſex, ut Diomedes. ∪∪ — —

Huic contrarius eſt Ionicus maior, ex duabus longis, & duabus breuibus, temporumſex, ut Iunonius. — — ∪∪

Pæon primus, ex prima longa, & tribus breuibus, temporum quinque, ut legitimus. — ∪∪∪

Pæonſecundus, exſecunda longa, & tribus breuibus, temporum quinq;, ut colonia. ∪ — ∪∪

Pæon tertius, ex tertia longa, & tribus breuibus, temporum quinque, ut Menedemus. ∪∪ — ∪

Pæon quartus, ex quarta longa, & tribus breuibus, temporum quinque, ut celeritas. ∪∪∪ —

Hijs contrarijſunt hij epitriti.

Epitritus primus, ex prima breui, & tribus longis, temporum ſeptem, ut ſacerdotes. ∪ — — —

Epitritus ſecundus, ex ſecunda breui, & tribus longis, temporum ſeptem, ut conditores. — ∪ — —

Epitritus tertius, ex tertia breui, & tribus longis, temporũ ſeptem, ut Demoſthenes. — — ∪ —

Epitritus quartus, ex quarta breui, & tribus

*longis, temporũ ſeptẽ, ut Feſcenninus.* — — — ◡

*Ex hinc deinceps alij pedes ſynzugiæ naſcuntur. Nam quemadmodum pedes quatuor geminati ſedecim duplices faciunt. ita ijdem cũ triſyllabis iuncti triginta & duo de ſe reddunt. Triſyllabi uero cum triſyllabis geminati, ſexaginta & quatuor colliguntur: Atque excepto amphibracho & epitrito, quem metrici informem & incognitum iudicant. Quorum alterum tripla, alterum epitrita diuiſione partimur.*

*Vniuerſorum pedum trina condicio reperitur: In alijs enim æqua diuiſio eſt, in alijs dupla, in alijs ſexcupla: & prima dactylica, ſecunda iambica, tertia pæonica nominatur. Sunt in unoquoq; metro pedes legitimi, ſunt nothi: ſimplices pedes non amplius quàm ternas ſyllabas: duplices non amplius quàm ſenas habent.*

DE TONIS

# DE TONIS.

TOnos alij accentus, alij tenores nominant. Toni igitur tres ſunt: acutus, grauis, circunflexus. Acutus cùm in Græcis dictionibus tria loca teneat, ultimum, penultimũ, & antepenultimũ, tenet apud Latinos penultimum & antepenultimum, ultimum nunquam. Circunflexus autem quotlibet ſyllabarũ ſit dictio, non tenebit niſi penultimum locum. Grauis poni in eadem dictione uel cum acuto uel cũ circunflexo poteſt: Hoc illi non eſt commune cum cæteris. Ergo monoſyllabæ, quæ correptam uocalem habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, ut páx. píx, núx. Quæ productam uocalem habebunt, circunflexo accentu pronuntiabimus, ut rês dôs, ſpês. In diſyllabis, quæ priorem productam habuerint, & poſteriorem correptam, priorem ſyllabam circunflectimus, ut mêta, crêta. Vbi uel ambæ productæ, uel poſterior ſyllaba producta fuerit, uel ambæ correptæ, acuemus priorem ſyllabam, ſiue correpta fuerit, ſiue producta, ut léges, réges, népos, hónos. In triſyllabis & tetraſyllabis, & deinceps, ſi penultima correpta fuerit, acuemus antepenultimam, ut núllius, hoſtílius. Si penultima po-

*ſitione longa fuerit, in ipſa acuetur, & antepenultima graui accentu pronuntiabitur, ut Catéllus, Metéllus: Ita tamē, ſi poſitione longa, nō ex muta & liquida fuerit: nam mutabit accentū, ut látebræ, ténebræ. Si ultima breuis fuerit, penultima uero natura longa, penultima circunflectitur, ut Cethêgus, Berôſus. Si ultima quoque natura fuerit longa, penultima acuetur, ut Athénæ, Micénæ. In compoſitis dictionibus unus accentus eſt, non minus quàm in una parte dictionis, ut beneſánus, intereáloci. Accentus in integris dictionibus obſeruantur. In interiectionibus, & in peregrinis uerbis, & in barbaris nominibus nulli certi ſunt accentus. Accentum legendi, uel diſtinguendi, uel pronuntiandi ratio, uel diſcernendæ ambiguitatis neceſſitas ſæpe conturbat. Sanè Græca uerba Græcis accentibus melius efferimus. In Latinis nunquam acutus accentus in ultima ſyllaba poni poteſt, niſi diſcretionis cauſa, ut in aduerbio poné, ideo, ne uerbum putetur imperatiui modi. Neq; circūflexus niſi in ea particula quæ eſt ergô. Acutus accētus eſt nota per obliquū aſcendēs in dexterā partē. / Grauis, nota à ſummo in dextram partē deſcendens. \ Circumflexus nota de acuto & graui facta, ita: ^ Longus, eſt linea à ſiniſtra in dexteram partem æqualiter ducta, ita:*

*Græca accentu græco proferēda ſunt*

*ita:* — *Breuis, uirgula ſimiliter iacens, ſed panda à ſuperiori, & contractior, fit ita:* ◡ *Hyphen eſt uirgula ſubiecta uerſui, ita.* ◡. *hac nota ſubterpoſita duo uerba, cũ ita res exigit, copulamus, ut ante* ◡ *tu lit greßum:* Et: *Turnus ut ante* ◡ *uolans tardũ præ ceßerat agmen.* Huic contraria eſt Diaſtole, *dextera pars quædam circuli ad imam literam adpoſita, ita.*, *. hac nota male cohærẽtia diſcernũtur, ut eſt:*

*Tum Danai gemitu atq; ereptæ uirginis, ira:*
*Procubuit, uiridiq; in litore conſpicitur ſus.*

*Apoſtrophus circuli item pars dextera, ſed ad ſummam literam adpoſita:* Hac *nota deeſſe oſtendimus parti orationis ultimam uocalem, cuius conſonans remanet, ut eſt:*

*Omnipotens genitor tanton' me crimine dignum*
*Duxiſti, & tales uoluiſti expendere pœnas?*

*Cæterum Daſian* ⊢ *& Pſilen* ⊣ *.apud Latinos* H *litera uocali addita uel detracta ſignificat, nec plus nec minus.*

# DE POSITVRIS.

TRes ſunt poſituræ, uel diſtinctiones, quas θέσεισ Græci uocant: Diſtinctio, ſubdiſtinctio, media diſtinctio. Diſtĩctio eſt, ubi finitur plena ſententia, huius punctum ad ſummam literam ponimus. Subdiſtin-
Aliàs tamen. ctio eſt, ubi nõ multũ ſupereſt de ſententia, quod tũc neceſſario ſeparatum mox inferendũ ſit, huius punctum ad imam literam ponimus. Media eſt, ubi ferè tantum de ſententia ſupereſt, quantum iam diximus, cum tamen reſpirandum ſit, huius punctum ad mediam literam ponimus, In lectione tota ſententia periodos dicitur: Cuius partes ſunt, cola, & comata.

FINIS.

# SERVII HONORATI IN AELIVM DONATVM COMMENTARIVM.

## DE LITERA.

*Litera dicta eſt, quaſi legitera, eô quod quaſi legentibus iter ad legendũ oſtendit, uel quod ſcripta deleri poßit: Ideo dixit literam partem minimã eſſe uocis articulatæ, quod cum omnis oratio ſoluitur in uerba, uerba denuo ſoluãtur in ſyllabas: rurſum ſyllabæ ſoluãtur in literas, litera ſola non habet à quo ſoluatur, ideo à Philoſophis ἄτομοσ dicitur.*

*Omnes igitur literæ ſunt uiginti & tres, quarum autem iſta prima diuiſio eſt, in uocales, & conſonantes: ex conſonantibus autem ſubdiuiſio iſta procedit, id eſt, ſemiuocales & mutæ.*

*Vocales uero quinq; hæ ſunt, a e i o u: Dictæ autem uocales, quod per ſe prolatæ ſonant, & ſolæ ſyllabam poſitæ faciunt, ut amor, ego, igitur, omen, unus.*

*Sanè hæ duæ, i & u, tunc uocales eſſe deſinunt, quando uel ſibi, uel cæteris uocalibus præponuntur.*

*ita ut ſupra ſe nullam aliam literam habeant in eadẽ ſyllaba, ubi ipſæ præponũtur, i ut Ianus, iecur, iocus, Iuno: Item u, ut uanus, Venus, uita, uolat, uultus: Hæ etiam duæ i & u, interdum ut diximus in conſonantium poteſtatem tranſeunt,*

*I & u, interdum expreſſum ſuum ſonum non habent: i ut uir, u ut optumus, non enim poſſumus dicere, uir producta i, nec optumus producta u, unde etiam mediæ dicũtur, hoc in commune patiũtur interſe. Ideo bene dixit Donatus, has literas in quibuſdam dictionibus expreſſũ ſuum ſonũ nõ habere, nã inuenimus ubi ſonũ explicãt ſuũ, ut uirus & rumor.*

*V uero hoc accidit proprium, ut interdum nec cõſonãs ſit, nec uocalis habeatur, hoc eſt, ut nõ ſit litera, cũ inter q conſonantẽ, & aliquã uocalem ponitur, nam conſonans non poteſt eſſe, quia ante ſe alteram conſonantem habeat, id eſt q: uocalis eſſe non poteſt, quia ſequitur illam uocalis, ut quare, quia, quomodo.*

*Prætera & hoc propriũ u habet, ut digammon ſonet, id eſt, pingue quiddã, cũ ſibi ipſa præponitur, ut ſeruus, uulgus: Eſt autem digamma dictio Græcorum, eò quod character eius ex duabus gammis fit: Aeolenſes enim Græci, quibuſdã dictionibus ut impingueſcant, iſtam digammam apponunt, ut pro Ele*

*na, dicant Velena: Sed Donatus hic arguitur, quod apud Græcos digamma hanc legem habeat, ut u detracta, nihil abſit nomini, ut ſi de Velena tollamus digamma, remanet integrum nomen, ut Elena. His ergo nominibus ſi detrahatur, integrum deperit nomen, ut ſi tollamus de uulgus, u unum, remanet ulgus, quod non dicitur.*

*I uero literam, ideo dicit plurimos negaſſe in una ſyllaba poſſe geminari, quod inueniatur iſtius literæ geminatio in hoc uerbo, ut eo, is, it, facit enim præteritum perfectum, ij.*

*Latini omnes uocales dichronas habent, quemadmodum Græci tres, α ι υ, nam & producuntur & corripiuntur omnes uocales, ſicut, ater, amor, erigit, erit, itur, item, omen, opus, unus, utiq;.*

*His etiam adſpirari ſolis quoſdam exiſtimare dixit, quod non ſolum tunc h præponitur, quoties uocalis ſequitur, ſed etiam aliqua conſonans præcedens, ut Thraſo, uocalibus uero præponitur, ut haſta, heros, hircus, homo, humus.*

*Semiuocales dictæ, quod ſemis quiddam uocis habeant, & hanc legem habent, ut à uocalibus inchoent, & in naturalem deſinant ſonum, ut ef el em en er es ix, his ſi detrahamus uocales, habent tamen uelut quendam ſui leuem ſonum.*

*Ante*

*Ante liquidas de ſemiuocalibus f ſola præpo nitur, & de mutis ſex præponuntur, b c d g p t, & neceſſario ſublatis quinq; uocalibus, quæ a nte liquidas ita præponuntur, ut liquidæ poſtpoſitæ non liqueſcant, ſublatis etiam ipſis liquidis, quæ ſibi aut nunq̃ præponuntur, aut ſi præpoſitæ fuerint, liquidarum iure depereunt, ut Mneſtrus, ſublato etiã s quod nunq̃ liquidis præponitur.*

*Remotis etiam x K q h y z, remanent hæ ſeptẽ quæ neceſſario liquidis præponuntur, f ſemiuocalis, & mutæ ſex, b c d g p t, ut flos, blandus, clarus, gloria, plenus, frigus, pruma, crimen, druſus, gradus, primus, tritus.*

Exantlo. *Nam ante l nunq̃ inuenimus, d t niſi in paucis; ut exantlauit, quod in Plauto lectum eſt, hoc eſt exaruit: Et Tleptolemus ſi quis uocetur.*

*Mutæ ſunt quæ à ſe incipiunt, & deſinunt in uocales: Mutæ auẽt dictæ ſunt, quod ſublatis uocalib us nullum ſonum habent.*

*K uero et q, quæ nonnullis ſupfluæ uidentur, hanc habent rationem, ut K tunc præponatur, quando eã a ſequitur, ſed hoc in paucis nominibus obſeruatur, Kalendæ, Karthago.*

*Q uero, quam antiqui quoties u ſequeretur præponebant, præſtantius eſt, ut tunc cum poſt u aliqua*

*ex uocalibus fuerit ſecuta, præponi debeat, ut quando, quendã, quia, quomodo, & iuxta antiquos ecus, aliâs enim per c quàm per q ſcribendum eſt, ut cur, & cum.*

H *uero hoc nonnulli excludẽdũ eſſe putant, quod magis pro ſigno adſpirationis, quàm pro litera poneretur:* Nam *quemadmodum* Græci *aſpirationis notã hanc habent* ⊢ *quàm daſian uocant, ad huius ſimilitudinem & pſilen* ⊣, *nos his ſociatis adſpirationis fecimus notã,* H, *ſi mediũ eius ſepares, ĩuenies notas eſſe* Græ*corum, quæ contra ſe poſitæ,* ⊢ ⊣ *ut diximus, notam nobis adſpirationis efficiunt.*

X *quoq; excluſione ideo digna uiſa eſt, quod quæ ſi una conſonans contra literarum legem, duarum conſonantium uim tenere deſiderat.*

Y *autem & z ideo non numerantur in latinarum numero literarum, quod* Græ*corum nominum cauſa repertæ ſunt, quarum unam uocalem y, alterum duplicem conſonantem z* Græ*ci eſſe uoluerunt.*

*Illud præterea aſtute datur nobis intelligi, quod cum omnium conſonãtium iſta natura ſit, ut quædam earum ab e incipiant, & in ſe deſinant, quædam à ſe inchoënt, & in e deſinant, iſtæ ſolæ repertæ ſunt* K *h q y z, quæ nec ab e inchoant, nec in e deſinunt.*

*Poſtremum illud animaduertendum eſt, quod*

*unicuiq;*

*unicuiq; literæ accidit nomen quo uocetur, & chara= cter quo ſignetur, & poteſtas qua intelligatur, an ſit uocalis, an conſonans, an ſemiuocalis, an muta, an li quida.*

## DE SYLLABIS.

*Syllaba dicta eſt interpretatione græ= ca, quaſi bannita, eò quod complecti= tur & glutinat literas, unde in quæſti onem illud uenit, quare una uocalis ſyl laba dicitur: Intelligendum eſt tamen, quod hoc ſibi non ratione, ſed abuſiue depoſcit: Eſt etiam ſyllaba temporum capax, quia aut breuis eſt, & unum tempus ſuſcipit, aut longa eſt, & duo.*

*Omnes igitur ſyllabæ aut longæ ſunt, aut bre= ues, aut communes: Sed longæ duobus modis fi= unt natura & poſitione: Natura: aut ſingularum uocalium productione, ut a o e: Aut diphthon= go, ut æ œ au eu ei. Poſitione, modis quatuor fiunt, cum aut correpta uocalis in duas deſinit conſonantes, ut amnis: Aut in unam duplicem, ut axis: Aut in alteram conſonantem, & alteram uocalem loco conſonantis poſitam, ut: At Vates: At Venus: Aut in i poſitam inter duas uocales,*

*ut*

ut, Pompeius: Breues ſunt ſyllabæ quæ nihil horum habuerint.

Communes uero modis nouem ſiunt: Primus modus eſt, cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequuntur, quarum prior debet eſſe muta, quam liquida ſequitur:

Eſt enim longa in hoc:

Vaſto Cyclopes in antro.

Breuis in hoc:

Vaſtosq; ab rupe Cyclopes:

Secundus modus eſt, cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequuntur, quarum prior ſit ſ ſemiuocalis, & ſequens liquida:

Eſt enim longa in hoc:

Toto proflabat pectore ſomnum.

Breuis in hoc:

Ne ue flagello.

Tertius modus eſt, cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequuntur, quarum prior eſt conſonans, & ſequens h, quæ aſpirationis à pleriſq; creditur nota.

Eſt enim longa in hoc:

Terga fatigamus haſta.

Breuis in hoc:

Quiſquis honos tumuli.

Quartus

*Quartus modus eſt, cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequuntur, ita ut prior ſit s litera: Eſt enim longa in hoc, ut:*

*Vnde ſciſſa coma, uel unde ſpiſſa corona.*

*Breuis in hoc:*

*Ponite ſpes ſibi quiſq;.*

*Quintus modus eſt, cum correpta uocalis in unã conſonantem deſinit, quæ partẽ terminat orationis: eſt enim longa in hoc:*

*Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.*

*Breuis in hoc:*

*Hic amor, hoc ſtudium.*

*Sciendum eſt, quod ſi & hæc uocalis non deſinat in unam conſonantem, ſed nuda ſit, ſæpe communem ſyllabam facit: Eſt enim longa in hoc:*

*Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto.*

*Breuis in hoc:*

*Talia dicta uolant.*

*Sextus modus eſt, cũ diphthongon uocalis ſequitur: Eſt enim longa in hoc:*

*Muſæ Aonides.*

*Breuis in hoc:*

*Inſulæ Ionio in magno.*

*Septimus modus eſt, cum uocalem ſolam naturaliter longam uocalis ſequitur, eſt enim longa in hoc:*

*O utinam in thalamos inuiſi Cæſaris iſſem.*
*Breuis in hoc: Sub Ilio alto.*

*Octauus modus eſt, cum pronomen c litera terminatum, uocalis ſequitur. Eſt enim longa in hoc:*
*Hoc erat alma parens. Breuis in hoc:*
*Solus hic inflexit ſenſus.*

*Nonus modus eſt, cum correptam uocalem ſequitur z. Eſt enim longa in hoc, ut:*
*Mezenti ducis exuuias. Breuis in hoc:*
*Nemoroſa Zacinthus.*

*Sciendum eſt etiam, quod & x communem ſyllabã facit, ſicut & z Græcũ. Eſt longa in hoc:*
*Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.*
*Breuis in hoc:*
*Pontibus inſtratis conduxit littora Xerxes.*
*Sed hoc in nominibus Græcis.*

*Sciendum eſt, quod metrici ſyllabam ſemipedem uocant, ut in cæſuris, pentimemere, & heptimemere, quas etiam in primo uerſu Aeneidorum eſſe reperimus: Ita ut arma uirumq; cano. Item: Arma, uirumq; cano Troiæ.* *Semipes.*

g DE

# SERVII HONORATI DE PEDIBVS.

Pes dictus eſt, quo quaſi metrorum greſſus incedat. Aliter dictus eſt pes, quod hoc quaſi pedali regula ad uerſum utimur menſurandum. Metimur enim uerſum heroicum, & dicimus ſex pedum eſſe. Metimur ſaphicum, & dicimus quinque pedũ eſſe. & cæteros.

Igitur neceſſe eſt, pedem unũquenq; in ſe habere certum cum temporibus numerũ ſyllabarũ, ut eſt ſpondeus: Habet enim duas ſyllabas & tempora quatuor. Item dactylus tres ſyllabas habet, & tempora quatuor. Item & proceleumaticus quatuor ſyllabas, & quatuor tẽpora, & cæteri qui cum his ſupraſcripti ſunt.

Scire etiam debemus, quod unicuiq; pedi accidit arſis & theſis, hoc eſt eleuatio & poſitio: ſed arſis in prima parte, theſis autem in ſecunda ponenda eſt. Numerus etiam ſyllabarum, & tempus, ut ſupra dictum eſt. Reſolutio, ut ſi pro ſpondeo proceleumaticus ponatur, ut eſt apud Vergiliũ: Genua labant: Soluũtur enim duæ longæ in quatuor breues, quæ ſpondeũ ſolis facere ſolent temporibus. Figura etiam accidit pedi, ut ſi uelimus ſpondeum figurare

his notis

*bis notis — — & Pyrrhichium his notis ∪ ∪. ſicut etiam apud Græcos ſunt. Metrũ quod ex ſpondeo ſpondiacum, ex trocheo trochaiacum, ex iambo iambicum nuncupatur.*

*Pedes diſyllabi hij ſunt:*

| | |
|---|---|
| *Pyrrhichius.* | ∪ ∪ |
| *Spondeus.* | — — |
| *Iambus.* | ∪ — |
| *Trocheus.* | — ∪ |

*Triſyllabi ſunt:*

| | |
|---|---|
| *Tribrachus.* | ∪ ∪ ∪ |
| *Moloſsus.* | — — — |
| *Anapæſtus.* | ∪ ∪ — |
| *Dactylus.* | — ∪ ∪ |
| *Amphibrachus.* | ∪ — ∪ |
| *Amphimacrus.* | — ∪ — |
| *Bachius.* | ∪ — — |
| *Antibachius.* | ∪ — — |

*Duplices autem hij ſunt.*

| | |
|---|---|
| *Proceleumaticus.* | ∪ ∪ ∪ ∪ |
| *Diſpondeus.* | — — — — |
| *Dijambus.* | ∪ — ∪ — |
| *Ditrocheus.* | — ∪ — ∪ |
| *Antiſpaſtus.* | ∪ — — ∪ |
| *Choriambus.* | — ∪ ∪ — |

| | |
|---|---|
| *Ionicus minor.* | ∪∪— — |
| *Ionicus maior.* | — —∪∪ |
| *Pæon primus.* | —∪∪∪ |
| *Pæon ſecundus.* | ∪—∪∪ |
| *Pæon tertius.* | ∪∪—∪ |
| *Pæon quartus.* | ∪∪∪— |
| *Epitritus primus.* | ∪— — — |
| *Epitritus ſecundus.* | —∪— — |
| *Epitritus tertius.* | — —∪— |
| *Epitritus quartus.* | — — —∪ |

*Ex quibus alij pedes uel ſynſugiæ iudicantur. Synſugia autem eſt, ex uarijs pedibus uelut in unum pedem collecta concluſio:* Nam *inuenta eſt propter hæc uerba, quæ nec diſyllabarum, nec triſyllabarũ, nec quadriſyllabarum eſſe potuerunt: utputa ſi dicamus ædificium, ædificatio: orationibus, ratiocinationibus. Hæc quia ſunt integra poſita, nulli conueniunt pedi, quia excedunt quatuor numerum ſyllabarum. Synſugiæ uocantur, quod diuiſæ diuidentis arbitrio pedibus ſignentur, ut ſi uelimus diuidere hoc nomen in duos dactylos, ædifi=* —∪∪: *catio* —∪∪ *& cætera huiuſmodi.* V*erum ſi nouem ſyllabarũ nomen incurrerit, ita diuidimus: ratioci=* ∪∪—∪. *nationi=* —∪—∪ *bus, in pæonem tertium, & ditrocheum, & ſemipedem. Aut ita,*

*ratioci*

*ratiocinationibus in anapæſtũ, ∪∪—. & in amphibrachum, ∪—∪. & in dactylum, —∪∪. & alia huiuſmodi.*

*Pedes diſyllabi ſecum iuncti hos de ſe duplices ſedecim creant, tali ſchemate.*

*Omnes pedes tres diuiſionũ tenent formas, ſed has quæ ad grammaticos pertinent:* Nam *amphibrachus, qui excipitur à* Donato*, habet diuiſionem quæ dicitur tripla epitriti, qui ex eodem excipiũtur habent diuiſionem quæ epitrita dicitur.*

*Ergo his quinq; pedibus exceptis, ſciendum eſt quod in reliquis pedibus iſtæ ſunt diuiſiones tres, quarum prima æqua, ſecunda dupla, tertia ſeſcupla.* Et *eſt æqua diuiſio in his pedibus, qui ſoluti tot tempora habent in arſi, quot et in theſi, ut eſt dactylus. Dupla eſt, quoties altera pars alteram partẽ duplo uincit, ut in his pedibus eſt trocheo & iambo:* Nam *prima ſyllaba duo tempora habet, ſequẽs unũ, uel contrà. Seſcupla eſt, quoties altera pars alteram partem de medictate dupli uincit, quæ idcirco dicta eſt ſeſcupla, quia plus ab æqua ſignificet, minus à dupla: Aliud enim cum duo ſint cõtra unũ: Plus enim laborat illa pars quæ unum habet contra duo: Aliud enim eſt cum tria ueniunt contra duo.*

*Scire etiam debemus, quod æquam diuiſionem*

*poſſumus uocare dactylicam, duplam iambicam, ſeſcuplam pæonicam.*

*Inueniuntur in unoquoque metro pedes ignobiles, qui nothi uocantur: Idcirco, quod uelut adpoſiti dignitatem metri degenerent, ut eſt in uerſu heroico, trocheus, anapæſtus, proceleumaticus. Nam legitimi hij ſunt in heroico metro, ſpondeus, & dactylus, qui tamen & ipſe non fuit ante legitimus, ſed factus eſt ex ſolutione ſpondei ſecundæ ſyllabæ.*

*Pedes ſimplices ideo dicti ſunt, quod non ſunt ex alijs pedibus compoſiti: ſed natura uſque ad ternas ſyllabas tendunt: Si autem uſque ad quatuor dixerimus, iam non ſunt ſimplices, ſed ex diſyllabis facti ſunt duplices: qui duplices non amplius quàm numero ſenarum ſyllabarum eſſe monſtrantur: Et reuera ſiquidem conſtet ſimplices pedes uſque ad ternas ſyllabas poſſe conſcendere, qui utique geminati iure duplices uſque ad ſex ſyllabas mittunt.*

## DE ACCENTIBVS.

*TEnores, ſiue accentus dicti ſunt, quod naturalē uniuſcuiuſq; ſermonis in uocem noſtræ eleuationis tenorem ſeruant. Dictus autem accentus, quaſi*

adcantus

*adcantus iuxta Græci nominis interpretationem, quod proſodia dicitur, latine adcantus. Sunt omnes accentus latini octo, Acutus qui ita fit / : Grauis ita \ : Circumflexus ita ∧ : Factus ſcilicet de utroq;. Longus ita — Breuis ita ∪ Hyphin ita ◡ Diaſtole, Apoſtrophus ita ,*

*Verum hoc intereſt inter Diaſtolen & Apoſtrophum, quod Apoſtrophos ad caput literæ ponitur, Diaſtole uero ad imam partem literæ. Hoc ideo diximus, ne cui notarum harum ſimilitudo aliquid erroris adferat.*

*His ita ſe habentibus, ſciendum eſt quod acutus, & grauis, & circumflexus ſoli ſunt, qui ut ſuperius diximus, naturalē uniuſcuiuſq; ſermonis inuicem noſtræ eleuationis ſeruant tenorē, nam ipſi Arſin, Theſinq; moderantur: Quanquam ſciendum eſt, quod in uſu non eſt hodierno grauis accentus.*

*Verum lex accentuum ita eſt, quod ſyllabæ in quibus iſti poni debent, à fine numerantur: Nam ſi ſyllabarum quantarum uis ſermo fit, circumflexus non tenebit ultra niſi penultimum locum.*

*Acutus accentus in Latinis non tenebit, niſi penultimum locum & antepenultimum.*

*Penulitimum tunc in diſyllabis, cum prior fuerit uel correpta, uel poſitione longa; uel cum ambæ*

*naturaliter longæ fuerint,uel cum ambæ breues:Ita fit ut in diſyllabis cum acuto accentu in pedes coniuncti ſint, Trocheus poſitione factus,Iambus, Pirrhichius, Spondeus.*

*In triſyllabis uero, uel in quantóuis numero ſyllabarum,tunc eſt acutus accentus, cum tres ipſæ ſyllabæ à fine breues naturaliter, ut: anima, macula,uel quicquid horum inuentum fuerit, quæ in diſyllabis ante docuimus: Ita fit in triſyllabis, hunc eundem accentum cognoſcimus in Tribracho,moloſſo: cuius ſyllabæ ambæ à fine, aut naturaliter longæ fuerint, aut poſitiōe lōgæ,Dactylo,Anapæſto,Ámphimacro, Amphibracho: cuius tamē media poſitiōe,fit Bachio naturali,et Antibachio,cuius itē media poſitiōe lōga.*

*Huc uſq; dictum eſt in diſyllabis eiuſdem modi qui eſſe poſſunt accentus, nunc dicendum eſt,in qua parte in triſyllabis acutus ſit ponendus.*

*In triſyllabis antepenultima accipit accentum, etiamſi penultima ſit longa poſitione ex muta & liquida, ut: látebræ, cólubri: In tribus ſic penultima acuetur,ut:Mecœnas.Vbi antepenultima fuerit breuis,penultima uero ſit longa, in penultima ponendus eſt,ut amicus.*

*Sanè ſciendum eſt, quod monoſyllaba pars orationis,quæ uel naturaliter breuis eſt,ut: &, q;:uel poſitione*

*ſitione ſit longa, accentum habebit acutum, ut pax, dux: nux, crux, fax.*

*Circumflexus autem accentus in triſyllabis, uel in quantóuis numero ſyllabarum penultimum ſibi uindicat locum, & hac lege, ut ubi fuerit hic accentus, penultima ſit naturaliter lõga, ita fit ut huic accẽtui Trocheus naturaliter longus conuenire uideatur.*

*Item monoſyllaba pars orationis tunc iſtum habebit accentum, cum natura longa fuerit tantum, ut ſol, dos:* Grauis *uero accentus cum acuto & circumflexo accentu poni poterit, poßumus enim in eo quod eſt Càtullus grauem ponere in antepenultima: Item cum circumflexo ita ponitur, ut Cèthêgus, uerum quia neceße non eſt, ut cum reliquis accentibus ponatur, ſit ſcriptoris arbitrio.* Grauis accentus cũ alijs poni poteſt.

*Sed hic grauis accentus non habet eandem communionem cum cæteris accentibus, quàm cum circũflexo & acuto, quia ſi cum cæteris habuerit, non habet tamen niſi per iſtos, ut maleſanus, intercaloci. Sed nequis & in huiuſmodi dictionibus quatuor eße accentus:* Hyphin, *aut acutum, aut circumflexum aut grauẽ, ſiquidem dicit in compoſitis dictionibus unũ accẽtũ eße debere, nõ minus q̃ una pte oratiõis: Sciendum eſt, quod modo* Hyphin *pro diſtinctione* *

 *ponatur,*

*ponatur, grauis autem ſuperfluo ſcriptoris arbitrio, ut ſupra dictum eſt*. Reſtat *igitur ut ex illis legitimis duobus in dictione poſitis iure dicatur accentus*. *Sciendũ autem quod nullũ barbarũ nomen, uel uerbum aliquod peregrinum, neq; interiectio certum potuerit accentum tenere*: Nam *in barbaricis nominibus, nulla ſunt ſui ratione, ſed quali uolumus ſanè nõ aſpero proferamus accentu: Græca autẽ ſuis accentibus pronuntianda eſſe cognoſcimus.*

*Sæpe accentuum diſſipat legem, uel diſtinctio, uelut cum debet dici, ſub hyphin male* ‿ *ſanus, male, quis diſtinguendo dicat ſeparans male ſanus, uel pronuntiando, ut cum dicere debeamus, látebras, legendo uerſum quis dicat:*

*Impulerat ferro argolicas fœdare latébras.*

*acute producens*: Vel *neceſſitas ſeparandi uerba ſimilia, ut cũ dicere debeamus, pône, ut penultia ſyllaba habeat accentũ, quia nullum latinum uerbum eſt, in quo ultima ſyllaba habeat accentum, neceſſitate ducti, ne putaretur modus imperatiuus, ab eo quod eſt pono, dicamus ponè, ut aduerbium ſignificet loci*. Vel *ſimiliter ergò, ut intelligatur, pro eo quod eſt cauſa, ut in* Vergilio, Illius *ergô*. Venimus, *id eſt, illius cauſa uenimus.*

Ergo, pro *cauſa.*

Hyphin, *eſt nota quæ duo uerba ſubiũgit, ac nectit*

*ſubpoſita*

*ſubpoſita,quæ ducitur à præcedētis fine uerbi uſq; ad initiū cōſequētis,ut iterca ◡ loci, cū tamē uſus exge= rit.* Diaſtole *eſt nota cōtraria* Hyphin *, hac enim nota uitioſe iūcta ſeparamus, & ponitur ad imam partē li teræ, quali retinens,ut: Ereptæ uirginis ira.*

*Et uiridiq; in littore conſpicitur ſus.*

*Apoſtrophus,eſt nota ſimiliter facta ut diaſtole,ſed adſummā partē poſita eſt,ſcilicet conſonantis,quæ quaſi ſub uocali motu uelata ſuſpēditur. Scire autē debemus* Græcorum Daſian *&* Pſilen H *notam adſpirationis modo poſitam,modo ſublatam ſimulare.*

Dicta *diſtinctio eſt uel poſitura, qđ poſitū punctū diſtinguit noſtrā orationē, & cū diſtinctio ſpecies ſit poſituræ,tamē abuſiue pro ipſa poſitura,hoc eſt,pro ipſo genere diſtinctionē habemus : Nā cum ſit codex emēdatus diſtīctiōe,media diſtīctiōe,et ſubdiſtīctiōe dicitur tamē codex eſſe diſtinctus:Igitur diſtīctio eſt, pūctū appoſitū ad caput literæ plenæ ſentētiæ. Subdiſtinctio,punctū appoſitū ad imam partem ſemiplenæ orationis. Media diſtinctio,punctū appoſitum mediæ ſentētiæ ſuſpēſæ,ꝑpter reſpirationē. Sciendū eſt autē, quod in lectione textus unius ſenſus periodos nominatur,ut eſt: Nihil'ne te nocturnū præſidiū palatij,nihil urbis uigiliæ,nihil timor populi , nihil concurſus omnium bonorum? &c.*

*Cola*

*Cola autem & commata eiuſdem orationis ſingulæ partes eſſe noſcũtur: Verũ meminerimus in proſa oratione cola & commata idem eſſe, & unum ſignificare: In uerſu uero aliud & diuerſum, nam ubi duo liberi ſunt pedes, colon dicitur, ut apud* Horatium:

*Terruit urbes.*

*Comma uero, quando poſt duos pedes, uel poſt tres pedes ſequitur ſyllaba, quæ partẽ terminat orationis, ut in primo uerſu Aeneidorum:*

*Arma uirumq́; cano.*

*Item:*

*Arma uirumq́; cano Troiæ.*

FINIS.

*de ratione ultimarum ſyllabarum ad † Aquilinum Liber.*

*† aliàs Baſilium.*

*VLtimarum ſyllabarum naturam, ſicut popoſceras, breuiter dilucideq́; digeſſi, in qua re audacia mea tuo defenditur imperio:* Nam *hoc opus durum, uelut facile, ac per ſe patẽs dum multi reliquere, difficilius reddidere.*

*In omnibus partibus orationis, ſyllabæ primæ uel mediæ, quales ſunt exemplis facilius eſt, quàm arte colligere:* Q*uare nos diſputemus de ultimis, quibus Poëtæ, licet differenter utuntur, non aliter:* Idcirco *qualiter ſe naturaliter habeant, neſciendum eſt:*Ergo *à nomine ſumamus exordiũ, tractantes pariter de* La*tinis, & de his* Græcis, *quæ in noſtram orationem uidentur tranſire.*

*Quanquam de literis, & de ſyllabis multiplex ſit copioſusq́; tractatus, tamen is magis aperiendus, à nobiſq́; ſuſceptus eſt, qui ad dimenſionem pedũ metrorumq́; perducat.* Igitur *literæ aut uocales ſunt, aut cõſonãtes dicũtur:*Et *uocales quidẽ habentur hæ quinq;: a e i o u:*Con*ſonantes uero reliquæ omnes.* Q*uarũ aliæ ſemiuocales, aliæ mutæ proculdubio nũcupantur:* Se*miuocales enim ſunt ſeptem, ut: f l m n r s x*

*n r s x,Mutæ autem reliquæ omnes numero* IX. *hæ ſcilicet b c d g h K p q t. Sed ex uocalibus excipiuntur i & u,quæ ſæpenumero pro conſonantibus ponuntur, id eſt, cum uel ſecum fuerint iunctæ, ceu Iuno,uita,uel alijs uocalibus præpoſitiuæ ut,Ianus ,* Venus . Hoc *etiam amplius præſtat quod in uno ſermone duabus uocalibus interiecta duplicis fungitur loco,ut* Troia,Maia: Item *ex ſemiuocalibus hæ quatuor adnotantur,l m n r,quæ cum in eadem ſyllaba conſonantibus alijs poſtponuntur,ſiue illæ ſui generis, hoc eſt, ſemiuocales fuerint, ſiue adeo mutæ, interdum deficiunt, & conſonantis ſignificatione † fraudantur, ut clarus, frater, gnarus,* Tmolus.

† *Aliâs fruſtrantur.*

*S quoq; nonnunquam de metro excluditur.* X *uero ſine controuerſia duplicem obtinet poteſtatem, quaſi c s, in una ſignificatione pronuntians.* Z *etiam quæ propter Græca uocabula uidetur admiſſa, duplicis aliquoties habetur in loco.*

H *modo conſonans, modo adſpirationis nuda duntaxat creditur nota.*Et *illæ quidem quatuor liquidæ nuncupantur, quoniam,ut dictum eſt, nonnunquam propriam ſignificationem amittunt.* Itemq; *aliæ quatuor s x z n,quod ſupra notauimus,hac inter ſe uarietate diſcordant, quæ cum ita ſunt, aut*

*unius*

*unius uocalis enuntiatione ut, i: aut duarum, triumue, ſiue etiam quatuor literarum connexione ſyllaba procreatur, ſcilicet aut breuis, aut longa, aut inter utramq; communis. Breuis ſyllaba dicitur, quæ & correptam uocalem habet, nec in duas deſinit conſonantes, uel unam ſcilicet geminatam uel i duabus uocalibus interpoſitam. Longa uero ſyllaba nuncupatur, cui unum ex his quatuor cõtigit, quibus indiget breuis, ut dos, quæ natura producitur: Item ars, quã duarũ conſonantium poſitio efficit longam. pix uel pax, quas duplex conſonans productas oſtendit: Aio, quam i litera geminata, & inter duas collocata uocales reddidit longam, nam diphthongatæ ſane ſemper longæ ſunt omnes, quas numero quatuor fuiſſe noſcuntur, æ œ au eu. Communes ſyllabæ ſunt modis octo, ſic cum correptam uocalem ſequitur ſubiecta conſonantibus liquida: Eſt enim longa ita:*

*Vaſto Cyclopis in antro. Breuis hoc modo,*

*Vaſtoſq; ab rupe Cyclopas.*

*Aut cum correpta uocalis in unam deſinit conſonãtem ſequente h, quæ interdum adſpirationis creditur nota: Eſt enim longa ita:*

*Terga fatigamus haſta.*

*Breuis hoc modo:*

*Quiſquis honos tumuli.*

Aut

Aut cum correptam uocalem duæ conſonantes excipiant, quarum prior s fuerit: Eſt enim longa ita:

Vnde ſpiſſa coma.

Breuis item hoc modo:

Ponite ſpes ſibi quisq;.

Aut cum breuis ſyllaba orationis terminat partẽ, Eſt enim longa ita:

Nã tibi Thymbre caput euandrius abſtulit enſis.

Breuis item hoc modo:

O caput ô ciues.

Aut cum diphthongo uocalis ſtatim ſubſequitur, Eſt enim longa ita:

Muſæ Aonides.

Breuis item hoc modo:

Inſulæ Ionio in magno.

Aut cum longam alia uocalis ſubſequitur, Eſt enim longa ita:

O ego infelix quem tu fugis.

Breuis item hoc modo:

Sub Ilio alto.

Aut cum pronomen in c literam terminatum uocalis ſtatim ſequitur: Eſt enim longa ita:

Hoc erat alma parens.

Breuis item hoc modo:

Solus hic inflexit ſenſus.

Aut

*Aut cum correptam uocalem ſequitur z. Eſt enim longa ita:*

*Mezenti ducis exuuias.*

*Breuis item hoc modo:*

*Nemoroſa Zacinthus.*

*Hæc de poſitione ſyllabarũ nos dixiſſe ſufficiat: Nam quod pertinet ad naturam primæ ſyllabæ, longá ne ſit an breuis ſolis confirmamus exemplis. Media uero in Latino ſermone accentu dinoſcimus, ultimas arte colligimus: Qualis ultima ſyllaba uideatur hoc modo quæritur: Puta amiciſſimorum quibus ex ſyllabis conſtet: Dicimus itaq; primam breuem, legimus enim:*

*Nimium dilexit amicum.*

*Secundam longam: quoniam cum dicimus amicus, penultima cum accẽto probatur, quæ ſi breuis eſſet, nunquam poſſideret tertiam poſitione longã, quartam breuem: Cum enim dicimus amiciſſimus, antepenultima in accentu inuenitur, quo non careret ſi longa eſſet: Quintam longam: quoniã cum dicimus amiciſſimorum, penultima cum accentu inuenitur: Vltima uero per ſingulas partes orationis orationes ſubiectæ monſtrabunt.*

## DE NOMINE.

*Omnia nomina ſex caſibus declinantur, de quibus ſingulis diſputabimus ſingillatim.*

### DE NOMINATIVO ſingulari.

*Nominatiuus ſingularis a litera terminatus, proculdubio breuis eſt, ut muſa. E finitus in Græcis tantum producitur, ut Euterpe. I concluſus longus eſt, ut frugi. O deſinens breuis eſt, ut Cato: licet autoritas uariet: in Græcis tantum producitur, ut Dido. V terminatus corripitur, ut cornu. Al finitus in his nominibus quæ genitiuo a literã corripiunt, indubitanter breuis, ut Hannibal, Hannibalis. In his uero quæ producuntur, naturaliter quidẽ longus, ſed autoritate corripitur, ut ceruical: Nam Iuuenalis breuem poſuit ſic:*

*Conducunt comites ſellam ceruical amicas.*

*El litera terminatus corripitur, ut mel. Il finitus breuis eſt, ut uigil, excepto uno tantum, Tanaquil. Ol terminatus lõgus, ut ſol. Vl finitus corripitur, ut conſul. Vm terminatus breuis eſt, ut tectũ, licet arduum ſit huius rei exempla reperire, eò quod hæc litera ſæpe inter uocales poſita deficit. An finitus producitur, ut titan. En finitus in neutris*

*tris nominibus breuis eſt, ut carmē: in alterius generis quæ ſicut neutra declinantur, & in Græcis producitur, ut lien, Syren, fidicen. On finitus longus eſt, ut Chiron, Memnon. Ar terminatus in monoſyllabis tantū producitur, ut far, nar. Licet in his quoq; longus appareat, in quibus genituo ante ultimā ſyllabam producuntur, tamen autoritate corripitur, ut ſubligar. Er finitus in Latinis corripitur, ut puer, excepto uno monoſyllabo, uer: In Græcis uero longus eſt, ut aër. Ir terminatus corripitur, ut uir. Or finitus breuis, ut autor. Vr terminatus corripitur, ut femur, murmur, ebur, excepto uno monoſyllabo, fur. As finitus in Latinis nominibus producitur, ut facultas: In Græcis tunc corripitur, cum genitiuus dos fuerit terminatus, ut Arcas. Es terminatus in Græcis nominibus longus eſt, ut Anchiſes: In Latinis ſi quintæ fuerint declinationis producitur, ut dies: ſi tertiæ, tum longus eſt, cum genitiuus ſingularis non creſcit, ut labes, nubes, pubes. Vel cum creſcens e productam habuerit ante nouiſsimā ſyllabā, ut quies, quietis: nā ſi eam uel in i mittet, ut miles militis, uel correptā exhibeat, ut ſeges, ſegetis, breuis exiſtit, exceptis his noībus, res, pes, ſpes, & ſi quæ ab ipſis figurētur, ut uulpes, bipes. Is finitus breuis eſt, ut docilis, facilis, exceptis monoſyllabis tribus*

*gliſ. diſ. liſ.* Os *terminatus, in Græcis tunc tantũ corripitur, cum genitiuus exit in diphthongum, ut* Delos, *andros:* In *Latinis tunc breuis, cum genitiuus ante ultimam ſyllabam non habuerit o naturaliter longum, ut os, unde genitiuus oßis effertur.* Vs *finitus breuis eſt, ut locus, lectus: abſq; his nominibus, quæ in genitiuo creſcentia u productum habuerint ante ultimam ſyllabã, ut uirtus, mus, ſalus, tellus, & uno indeclinabili pus.* T *terminatus corripitur, ut caput.* C *finitus duo nomina regit tantummodo: ut allec, ſed alij allex dicunt, quod longum eſt: & lac, de cuius declinatione ambigitur.*

## DE GENITIVO.

*Genitiuus ſingularis in* Latinis *nominibus tunc tantum corripitur, cum is fuerit terminatus, ut patris.* In *Græcis, cum os finitus fuerit, ut arcados, corripitur.*

## DE DATIVO.

*Datiuus in* Latinis *ſemper producitur, ut comiti.* In *Græcis autem corripitur, cum i litera terminatur, ut* Palladi.

DE

## DE ACCVSATIVO.

*Accuſatiuus ſingularis in Latinis breuis eſt, ut molem: In Græcis tunc tantū corripitur, cum a uel on fuerit terminatus, ut* Theſea, Delon.

## DE VOCATIVO.

*Vocatiuus ſingularis a terminatus, in Latinis omnibus uel Græcis fœmininis corripitur, ut tabula, muſa: In maſculinis longus eſt, ut* Aenea. *E terminatus in Latinis breuis, ut docte: in Græcis producitur, ut* Tydide: *exceptis his quæ nominatiuo os terminantur, ut* Phœbe. *I terminatus in Latinis, longus, ut* Mercuri: *in Græcis corripitur, ut* Nai. *O terminatus in Latinis breuis, ut Cato, licet autoritas uariet: In Græcis longus, ut* Dido. *V terminatus corripitur, ut cornu. In conſonantes uerò deſinens, nominatiui ſequitur regulas, exceptis Græcis nominibus, quæ ſæpe mutantur uarietate linguarum, ut* Diomedes.

## DE ABLATIVO SINGVLARI.

*Ablatiuus ſingularis ſemper producitur, abſque e terminatus: in his ſcilicet nominibus, quæ à tertia declinatione deſcendunt.*

## DE NOMINATIVO ET *uocatiuo plurali.*

*Nominatiuus & uocatiuus pluralis in Latinis nominibus cum generis fuerint maſculini, uel fœminini producuntur, ut fontes, fluctus, muſæ, curæ; Si uero neutri fuerint breues exiſtunt, ut mœnia. In Græcis uero, ſi in es uel in a deponuntur corripiuntur, ut rhetores, poëmata, aliâs longæ ſunt, ut muſæ.*

## DE GENITIVO PLVRALI.

*Genitiuus pluralis in Latinis breuis eſt, ut montium, cornuum, uirtutum, Græcorum. In Græcis uero producitur, ſi Græcæ tamen fuerit declinationis, ut φίλων.*

## DE DATIVO ET ABLAtiuo plurali.

*Datiuus & ablatiuus pluralis cum is fuerint terminati, longi ſunt, ut ſacris: cum bus breues ſunt, ut cornibus, uocibus, etſi Græca ſit declinatione terminatus, datiuus corripitur, ut Arcadibus, alioquin longæ ſunt, ut muſis.*

DE

## DE ACCVSATIVO PLVRALI.

*Accuſatiuus pluralis in latinis nominibus, cum generis fuerit maſculini, uel fœminini producitur, ut ſuperos, terras; cum neutri breuis eſt, ut templa. In Græcis uero cum as fuerit terminatus, & à genitiuo uenerit ſingulari os finito, corripitur, ut Arcados, aliâs productione lætatur, ut muſas.*

## DE PRONOMINE ET EIVS CASIBVS.

*Nominatiuus ſingularis in omnibus pronominibus ſine dubio incunctanter corripitur, exceptis duobus monoſyllabis tu, & qui. Genitiuus ſingularis i uel æ terminatus longus eſt, ut mei, meæ: aliter breuis eſt, ut illius. Datiuus ſingularis ſemper producitur, ut noſtro, exceptis his, mihi, tibi, ſibi, quamuis inueniuntur cõmunes. Accuſatiuus ſingularis ſemper corripitur, ut illũ, exceptis me, et te. Vocatiuus ſingularis rationẽ ſequitur nominatiui. Ablatiuus ſingularis ſemper producitur, ut ab illo. Nominatiuus, accuſatiuus, & uocatiuus plurales tũc tantũ corripiũtur, cũ a fuerint terminati, ut noſtra. Genitiuus pluralis corripitur, ut illorũ. Datiuus & ablatiuus pluralis ſi bus terminentur breues ſunt, ſi is producuntur.*

## DE VERBO.

*In omnibus modis, temporibus, numeris, perſonis, coniugationibus, hæc uniformis eſt ratio: quæcunq; perſona a litera terminatur longa eſt, ut ama.* E *quæ finit breuis eſt, ut lege, abſq; imperatiuo modo ſecundæ coniugationis, ut doce.* In i *quæ efferuntur ſemper producta ſunt, ut nutri, ſanci, ſerui.* O *quæ finiuntur correpta ſunt, ut audio, licet autoritas uariet exceptis monoſyllabis ſcilicet, ut: do, ſto, flo, & horũ ſimilibus, quæ longæ ſunt.* V *quæ concluditur longa eſt, ut auditu.* M *quæ finiuntur correpta ſunt, ut legebam.* R *quoq; terminata ſimiliter breuia ſunt, ut loquor, legar.* S *quæ finitur, ſi ante eam a uel i habuerit producitur, ut uocas, mones, excepto uno monoſyllabo, quod ab eo quod eſt, ſum es naſcitur, & quæ figurantur ex eo, quæ ſimiliter breuia ſunt: Si uero* i *ante eam habuerit corripitur, ut legis, excepta ſecunda perſona in tempore præſenti, numero ſingulari, in tertia coniugatione producta, ut nutris, audis, & à uerbo uolo, quod finitur, uis: Si uero* u *ante eam habuerit, breuis eſt, ut nutrimus.* T *quæ terminatur forma breuis eſt, ut legit.* C *quæ finitur, producitur, ut duc.*

DE

## DE ADVERBIO.

*Aduerbia monoſyllaba, ut hic, uel quæ ex ipſis fiunt, ut illic, duobus exceptis, bis & ter, omnia producuntur. Quæ a litera finiuntur longa ſunt, ut uná. Quæ in e deſinunt omnia producuntur, ut doctè, exceptis his quæ aut non comparantur, ut iure, rite: aut comparata generalem regulam non ſequuntur, ut bene, male. Sed apud Vergilium præcipue legimus producta e poſitum, ait enim:*

*Præcipue pius Aeneas.*

*Ab ſe originem ducunt, ut forte, impune. Quæ i litera finiuntur longa ſunt, ut heri, ibi, & ubi, & quæ ex his figurantur, ut ſicubi. Itemq; in o terminata à ſe orta breuia ſunt, ut modo: Ab alijs originem ducentia producuntur, ut falſo, licet autoritas uariet in utroq;. Quæ in u finiuntur longa ſunt, ut noctu. L finiuntur correpta habentur, ut ſemel. Quæ m & r & n finiuntur breuia ſunt, ut ſtrictim, forſan, fortiter. Quæ s terminantur, tunc tantum producta ſunt, cum ante eam a habuerint, ut aliâs. Quæ c finiuntur producta ſu t, ut illac.*

## DE PARTICIPIO.

*Omnium participiorum nominatiuus ſingularis breuis eſt, ut lecturus, excepto participio præſentis temporis, ut amans. Genitiuus, necnon datiuus productione gaudent, ut lecturi, lecturo, excepto participio præſentis temporis, quod in genitiuo tantum corripitur, ut amantis. Accuſatiuus & uocatiuus ſingularis breues eſſe conſtat, ut lecturũ, lecture, præter participium præſentis temporis in uocatiuo tantum, ut docens. Ablatiuus ſingularis tantum tunc corripitur, cum e fuerit terminatus, ut ab hoc amante. Nominatiuus & uocatiuus atq; accuſatiuus pluralis, ſicuti maſculini & fœminini generis participijs producuntur, ut lecturos, lecturas: Ita in neutris corripitur, ut lectura. Genitiuus pluralis breuis eſt, ut lecturum. Datiuus & ablatiuus pluralis ſi in is fuerint terminati, longi ſunt, ut lecturis: ſi enim bus, breues ſunt, ut legentibus.*

## DE CONIVNCTIONE.

*Copulatiuæ & diſiunctiuæ uel etiam expletiuæ coniunctiones, ut quidem breues ſunt: Cauſales uero uel rationales coniunctiones quæ a terminantur, exceptis*

*exceptis ita & quia, longæ ſunt: propterea quæ i terminantur, excepta una, niſi, producuntur, ut ſi. Quæ in n deſinunt, ſi i ante eam habuerint: Sin aſumpta ſalus, Verg. producit, ut ſin, quin, aliâs breues ſunt: Cæteras uero omnes naturaliter correptas eſſe manifeſtum eſt.*

## DE PRAEPOSITIONE.

*De accuſatiuis præpoſitionibus, ſolæ quæ in a exeunt productione lætantur, ut contra, & ex monoſyllabis una, cis. Ablatiuæ uero corripiuntur omnes, ut ab, exceptis his monoſyllabis quæ uel uocalibus terminãtur, ut de: uel uocalibus conſtant, ut è: Communes præpoſitiones correptas eſſe re manifeſtum eſt, ut in, ſub. De loquelaribus præpoſitionibus ideo taceo, quia nec ſolæ unquam ponuntur, nec coniunctæ finem retinent, de quo tantum loquimur.*

## DE INTERIECTIONE.

*Omnes interiectiones, ſi monoſyllabæ fuerint, longæ ſunt, ut heus; Si uero duarum, uel amplius*

*amplius ſyllabarum, quoniam ſpeciem iam retinet partis orationis, ad exemplũ eorum quibus ſimiles erunt, iudicandæ ſunt, ut pape: Hæ itaq; ut diximus per omnes partes orationis in ultimis ſyllabis obſer uandæ ſunt, exceptis ſcilicet poſitio ne longis aut diph thongis.*

FINIS.

# LECTORI.

Torſit pro exiguitate ſua hic nos Victorinus ſatis miſere, dum nullam de eius ætate atq; patria rationem inire poßumus certiorem, eòque magis, quod exemplariorum tanta eßet inter ſe dißenſio, quorum duo è Laurißa, tertium ex Murbachio nobis Sichardus communicauerat: Sed nos alterum planè coëgit, ut nec eiuſdem quidem autoris omnia crederemus, præſertim cum Laurißanum exemplar ſua Maximo cuidam Victorino, aliud uero contra Mario aßeret, quem conſtat eruditione celebri Lactantij temporibus Romæ, cum alioqui Afer eßet, Rhetorica docuiße. Præterea nec uidebatur ſimile ueri, toties eundē autorē uerſatū eße in eodem argumento, adeoq; in ſpeciem puerili. Quamobrem, quæ ſunt Marij illius reliqua, maiora quidem quàm ut nunc edi poßint, nec paulo etiam hijs doctiora, ſtatuimus propediem ſeorſim emittere, ne habeant ſtudioſi literarum ubi officium noſtrum iure deſiderare poßint. Tantum erat optime lector, quod tua intereße duximus. Vale, & nos pro ea, quam bonis autoribus excudendis nauamus, ſedulitate candide amplectere.

# MARII VICTORINI AFRI VIRI ERVDITISSIMI DE RE GRAMMATICA LIBER.

ARs uniuſcuiuſq; rei eſt ſcientia. Artiũ genera ſunt tria: Animi tantum, ut Poeticæ, Muſicæ, Aſtrologiæ, Grammaticæ, Rhetoricæ, Iuris ſcientiæ, Philoſophiæ: Corporis, ut iaculatio, ſaltus, uelocitas, oneris geſtamen: Animi & corporis, ut ruris cultus, palæſtra, medicina, mechanice, techtonice. Quidam tamen ex hijs ueteres, alijs nominibus diſgregauerũt in κἀκοτεχνίαν, ψευδοτεχνίαν, ματατεχνίαν. κακοτεχνία ſiquidem à malicioſo faſtu, in id quod perſuaderi quærit intenta, plerumq; ad peruertendam nititur ueritatem. ψευδοτεχνία uero, quæ animos hominũ, ſenſusq́; quadam ſpecie ueritatis illudit, ueluti eſt pictorum, & præſtigiatorum. μετατεχνία, quæ difficiles quidem res, non tam uſui neceſſarias facit, ueluti ſunt funambuli, cæteriq; huiuſmodi.

Grammatica eſt ſcientia interpretandi Poëtas, atq; Hiſtoricos, ut recte ſcridendi loquendiq́; ratio, dicta ἀπὸ τῶν γραμμάτων, id eſt ab hijs literis,

à quibus

*a quibus incipere debet. Quidam eam à uoce cœpe runt, alij à literis, alij à ſyllabis, alij à caſibus:* Nos au*tem à diuiſione, qui tanto melius utiq; incipimus, quàm qui à definitione, uel à literis incipimus:* Nam *uox naturalis eſt, & ſine* Grammatica *communis eti= am cum imperitis.* Grammaticæ *officia ſunt quatuor, lectio, enarratio, emẽdatio, iudiciũ:* Lectio *quidẽ eſt ſecundum accentus ad ſenſum, neceßitatemq; pro= nuntiatio.* Enarratio, *eſt ſecundum* Poëtæ *uolunta= tem uniuſcuiuſq; diſcretionis explanatio.* Emenda= *tio, eſt errorum apud* Poëtas, *& figmentorũ depre henſio.* Iudicium, *eſt bene dictorum comprobatio.*

## DE LECTIONE.

Partes *lectionis ſunt quatuor, accentus, diſcretio, pronuntiatio, modulatio.* Accentus *eſt uniuſcuiuſq; ſyllabæ pronuntiandæ in ſono qualitas.* Diſcretio *eſt confuſarũ ſignificationũ perplana ſignificatio.* Pro= *nũtiatio eſt ſcriptorũ per perſonas accõmodatas di ſtinctione ſimilitudo, utputa cũ aut ſenis temperamen tum, aut iuuenis proteruitas, uel fœminæ infirmitas, aut qualitas uniuſcuiuſq; perſonæ oſtendenda eſt, & mores uniuſcuiuſq; habitus exprimendi ſunt.* Modu= *latio, eſt continuati ſermonis in iucundiores dicendi*

*rationes*

*rationes artificis flexus, & in delectabilem auditus formam conuerſus, acerbitatis uitandæ gratia.*

## DE DEFINITIONE

*Definitio, eſt oratio quæ id de quo quæritur aperte deſcribit, & determinat, ueluti ſi quæras à me quid ſit homo, reſpondebo, animal rationale, mortale, riſus capax.*

## DE LATINITATE

*Latinitas, eſt obſeruatio incorrupte loquendi ſecũdum Romanam linguam: Conſtat autem tribus modis, ratione, autoritate, conſuetudine: Ratione ſecundum technicos, id eſt, artium traditores: Autoritate, ueterum ſcilicet lectione: Conſuetudine, quæ doctorũ modo loquendi uſu placita aſſumptaq; ſunt.*

## DE VOCE

*Vox eſt aër ictus ſenſibilis, qui auditur quantum in ipſo eſt. Vocis uero ſpecies ſunt duæ: Articulata, & confuſa: Articulata, quæ hominum tantum eſt, unde articulata dicta eſt, quod articulo ſcribentis comprehendi*

prehendi poſſit. Confuſa, quæ ſcribi non poteſt, ueluti ouium balatus, equi hinnitus, bouis mugitus, & aliæ nonnullæ uoces. Sonos quoq; omnes appellamus uoces, ut fluctus qui à littore audiuntur.

## DE CASIBVS.

Caſus ſunt quædam declinationes, inde ſic dicti, quod per eos pleraque nomina à prima ſui poſitione inflexa uarientur, & cadant pleraq;, non tamen omnia. Sunt enim quædam uocabula quæ per caſus flecti non poſſunt, ueluti nugas, frugi, nihili. Declinationis caſus ſunt ſex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus. Sed ſi à cadendo caſus dicti ſunt, nominatiuus caſus recte dici non poteſt, qui adhuc in ſuo ſtatu eſt, nec à prima ſui poſitione cecidit, quo ſit ut à genitiuo caſus eſſe incipiant. Ac per hoc iam quinq; ſunt: Quamuis non aliter nominatiuum quoq; caſum dicere poſſumus, q̃ in gradibus per quos deſcendimus, illum etiam qui in ſummo eſt, gradum dicimus cum alioqui ſuperiori planiciei æqualis ſit, nec fiat gradus niſi depreſſione ſequentis, quo exemplo per genitiuum, in quẽ cadit, nominatiuus quoque iam caſus eſt. Addunt etiam nonnulli, quamuis ſine nomine, ſeptimum caſum.

## DE SEPTIMO CASV.

*Septimus caſus eſt, qui quaſi ſpeciem ablatiui habet, nec tamen ablatiuus eſt, quippe ipſe per accuſatiuū lucidius explicatur, ueluti cum dicimus, nos terra uel mari uectos: nō utiq; à terra uel mari, ſed per terram, uel per mare:* Ex quo *ſenſu eſt:*

*Multum ille & terris iactatus & alto.*

*Genitiui caſus regula eſt: Genitiuus ſingularis numquam à ſuo nominatiuo minor eſt:* Itaq; *aut totidem ſyllabis conſtare debet, quot & nominatiuus eius, aut etiam una ſyllaba excedere: totidem ſyllabis, ut* Vergilius Vergilij, Terentius Terentij: *& ob id geminata eſt ij: quoniā una excedere debet, ut* Hector Hectoris, Neſtor Neſtoris. *Nullus nominatiuus inuenitur, qui etiam duabus ſyllabis accreſcat in genitiuo.* Incidunt *quædam contra ſupradictam rationem, ſicuti eſt anceps ancipitis, præceps præcipitis, biceps bicipitis, ſupellex ſupellectilis. Ablatiui regula eſt:* Ablatiuus *ſingularis exceptis quibuſdam nominibus aptotis, nequam & nugas, una ex quinque uocalibus terminatur.* Q*uæcunq; igitur nomina ablatiuo ſingulari a uel o fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is, utputa ab hac tabula, harum tabularum,*

bularum, hijs & ab hijs tabulis: ab hoc docto, horũ doctorum, hijs & ab hijs doctis. Quod ſi e aut i aut u fuerint terminata, correpta litera in ablatiuis, genitiuum pluralem in um & ium ſyllabas eijciunt, utputa ab hoc codice codicum, pariete parietũ, item rupe rupium, ſtirpe ſtirpium, nocte noctium. Similí quoque modo i aliquando in um iacit, ut mugili mugilum, pugili pugilum: item agili agilium, facili facilict: datiuũ et ablatiuũ in bus, ut hijs & ab hijs codicibus. Ablatiuus q; ſi e producta fuerit, genitiuũ pluralẽ in rum iacit, ut ab hac ſpecie, harũ ſpecierũ, his ſpeciebus. At uero ſi u, genitiuum in uum tantummodo iacit: ut ab hoc fluctu, horum fluctuum: ab hoc curru, horum curruũ: hijs & ab hijs fluctibus.

## DE DECLINATIONE NOMINVM.

Delinatio nominum ſecundum genera nominum. Maro proprium, generis maſculini, numeri ſingularis, caſus nominatiui, & uocatiui, quod declinabitur ſic: Hic Maro, huius Maronis, huic Maroni, hunc Maronem, ô Maro, abh oc Marone. Et pluraliter: Hij Marones, horum Maronum, hijs Maronibus, ô Marones, ab hijs Maronibus.

*Muſa nomen appellatiuum, generis fœminini, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui, uocatiui & ablatiui, declinabitur ſic: Hæc muſa, huius muſæ, huic muſæ, hanc muſam, ô muſa, ab hac muſa.* Et pluraliter, *hæ muſæ, harum muſarum, hijs muſis, has muſas, ô muſæ, ab hijs muſis.*

*Factum nomen appellatiuum, generis neutri, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui, accuſatiui, & uocatiui, declinabitur ſic:* Nominatiuo *hoc factum, huius facti, huic facto, hoc factum, ô factum, ab hoc facto.* Et pluraliter: *Hæc facta, horũ factorũ, hijs factis, hæc facta, ô facta, ab hijs factis.*

*Parens nomen appellatiuum, communis generis, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui & uocatiui, declinabitur ſic:* Hic *& hæc parens, huius parentis, huic parenti, hunc & hanc parentem, ô parens, ab hoc & ab hac parente.* Et *pluraliter:* Hij *& hæ parentes, horum & harum parentum, hijs parentibus, hos & has parentes. ô parentes, hijs & ab hijs parentibus.*

*Felix nomen appellatiuum generis omnis, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui, accuſatiui, & uocatiui, quod declinabitur ſic:* Hic *& hæc & hoc felix, huius felicis, huic felici, hũc et hanc felicẽ, et hoc felix, ô felix, ab hoc & ab hac felice, & hoc*

*hoc fœlici.* Pluraliter. *Hij & hæ fœlices, & hæc fœlicia, horum & harum & horum fœlicium, hijs fœlicibus, hos & has fœlices & hæc fœlicia, hijs & ab hijs fœlicibus.*

## DE SENTENTIA.

*Sententia eſt dictio generalis ad uitæ emendationem in communi pertinens, utputa:* Ne quid nimis. *Oratio ſermo eſt conceptus ad clauſulam tendens: unde dicta eſt oratio quaſi oris ratio. Clauſula eſt compoſitio uerborum plauſibilis ſtructuræ exitu terminata. Diſtinctio, eſt appoſito puncto nota finiti ſenſus uel pendẽtis. Mora tribus locis ponitur: ſummo, cum ſenſum terminat, finalis à nobis, theſis à* Græcis *dictus hoc modo.* Medio, *cum reſpirandi ſpaciũ legenti dat, & dicitur* μεσὸν *hoc modo.* Imo *ponitur, cum mora lectionis interruptum terminat tenorẽ, ut aliud adhuc ſuſpendat, & uocatur à* Græcis ὑποδιαστολή, *à nobis ſubdiſtinctio.*

## DE ACCENTIBVS.

*Accentus ſunt, qui Græci* Proſodiæ *dicuntur, acutus, grauis, circũflexus. In omni parte orationis* Latinæ, *itẽ &* Græcæ, *aut acutum aut circunflexum poni neceſſe eſt, nec amplius ꝙ unũ, uel hunc uel illũ:*

*Nam grauis in pluribus ponitur. Acutus cum apud Græcos tria loca teneat, ultimam & ei proximā ſyllabam & antepenultimam, apud nos duobus tamen locis poni poteſt, quibus aut in penultima ſyllaba, ut prælegiſtis, aut ea quæ à fine eſt tertia, ut prælégimus. Circunflexus ſi pars orationis triū aut amplius fuerit ſyllabarū, non niſi penultimū locum poterit inuenire, ut perturbâre, perdocêre. Monoſyllabæ quæcunq; poſitione longæ fuerint, acutum habebūt accentū, píx, nóx, níx, núx, páx, fáx. Quando natura longæ erunt, circunflexo accentu pronuntiabuntur, ut dôs, rês, ſpês, môs, flôs. In diſyllabis ſi prior natura longa fuerit, et poſterior correpta, prior circunflectitur, ut hôra, Rôma. Si poſterior producta ſit, priore ſeu longa ſeu breui, acuatur neceſſe eſt, ut léges, ſálus. Et ſi ambæ breues fuerint acuetur prior, ut déus, hómo. In triſyllabis, aut hijs quæ plures ſyllabas habent, ſi penultima breuis fuerit, quæ eam præcedit acuetur, ut Túllius, Horténſius. Deinde ſi penultima poſitione longa fuerit, ipſa habet acutum accentum, præcedentem enim grauem facit, ut Metéllus, Catúllus, Camíllus. Si penultima naturaliter producta fuerit, ita ut ultima breuis ſit, penultimam circunflectimus, ut Cethêgus, Románus. Si uero longa erit ultima, penultimæ acutum dabimus accentum, ut Athénæ, Mi-*

*cēnæ: Græca nomina ſi iiſdem literis proferuntur, græcos accentus habebunt, nam cū dicimus,*

**     acutum habebit poſterior accentum, & cum Themiſtô, Calypsô, Theanô ultimam circunflecti uidebimus. Quod utrumq; latinus ſermo non patitur, niſi admodum raro, ut ſola occurrit ergô coniunctio, poſterior circumflexa deprehenditur. Item aduerbium pone poſteriore acutum recipit accentum, ne ſit uerbum. Forma acuti accentus per obliquum in partem dextram ſcandit, ut /. Grauis accentus forma à ſiniſtra parte deſcendit, ut \\. Circumflexus tranſuerſa V litera notatur, hoc modo Λ. Longus autem accentus transuerſa i litera, uel ſic iacente —. Breuis ſurſum ſpectat, ut ᴗ. Sed in illis ſonos, in hijs tempora dinoſcimus, quare daſiā & pſylen, quibus Græci utuntur, & nos prætermittimus, quoniam aſpirationem apponimus H literæ quæ in duas partes diuiditur, & ſi appoſita H ſic erit. Hijs adijciunt Hyphin, cū duo uerba, quaſi unū pronuntiatione colligamus, & formā eius hanc faciunt ᴗ, & utriuſq; uerba proximas literas inflexa ſubter uirgula iungunt, quale ante ᴗ uolans. Diaſtole, dextra pars quædam circuli, ad imam literam: hac nota male cohærentia diſcernuntur, ut eſt: Ereptæ uirginis ira. Viridiq; in littore conſpicitur ſus.*

Itē apoſtrophus ſic notatur ad caput eius conſonātis cuius uocalis ſubtracta eſt, inflexam uirgulam, quæ ad eum ſpectat apponunt, ut:

Tanton' me crimine dignum

Duxiſtis

## DE LITERA.

Litera eſt figuratio quædam, quia cum alijs adnexa uox emiſſa comprehēditur. Phœnices primi literarum inuentores fuiſſe traduntur, quamuis alij Syros, alij Mercurium apud Aegyptios aſſerunt. In Græciam certe Cadmum Phœnicen XVI attuliſſe conſtat, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ξ π ϱ σ τ ω: Eis Troiano bello Palimeden addidiſſe quatuor, η ψ φ χ. Poſt eum Simonidem Elegum totidem, υ ζ ο θ: Hæ autore Euandro, ut quidam uolunt, alij uero Hercule in Italiam à Faliſcis allatæ ſunt. Tria accidunt unicuiq; literæ, Nomen, Figura, Poteſtas. Nomen literæ eſt quo appellatur, ut a Genere effertur neutro. Figura quidem literæ eſt, qua notatur. Poteſtas eſt, qua ratione metrica ualet, cum aut producta, aut correpta eſt. Literarum ſpecies ſunt duæ: Vocales & Conſonantes: Vocales ſunt quæ per ſe efferuntur, & per ſe ſyllabam faciunt, id eſt ſine alterius adminiculo

f. melicum

*niculo, quippe b c cæteræq; huiuſmodi conſonæ proferri non poſſunt. Vocales ſunt quinq;, a e i o u. I & u loco conſonantium etiam ponuntur, quando aut ipſæ inter ſe geminantur, aut cum alijs uocalibus iunguntur, ueluti ſi ſit in capite, ut uorſus, uirus, uoluitur. Quippe non poterit prima ſyllaba poſitione fieri longa, niſi ſequens uocalis loco conſonantis fuerit accepta, ut quidem ſuo loco docebimus. Conſonantium ſpecies ſunt duæ, quædam ſunt ſemiuocales, quædam mutæ: Semiuocales ſunt, quæ per ſe quidem proferuntur, ſed per ſe ſyllabam facere non poſſunt, quarum ſunt ſeptem, f l m n r s x.* Ex *hijs duplex eſt x:* Conſtat *enim aut ex g & s literis, aut c & s, utputa rex, regis. pix, picis.* Quippe *ante x literam, quæ poſtea in compendium inuenta eſt, rex per gs: item pix per cs ueteres ſcribebant. Mutæ ſunt, quæ ipſæ proferri per ſe non poſſunt, neq; per ſe ſyllabam facere:* Quarum *ſunt nouem, b c d g h* K *p q t:* Duæ *ex hijs ſuperuacuæ uidentur* K *& q: quia c litera eorum locum poſſit explere.* Verum *has quoq; neceſſarias orthographiæ ratio efficit, quoties a ſequitur, ut per* K *ſcribendum ſit, ut* Kanna, Kalendæ, Karthago: Quoties *u per q, ut quoniam,* Quirites: Quoties *reliquæ uocales per c, ut certus, commodus, cinis.* H ue-

*I & u.*

Rex per gs.

*ro exiſtimatur aſpirationis nota, ueruntamen litera eſt. Literæ peregrinæ ſunt* X *z & y, quæ peregrinæ propter Græca quædam aſſumptæ ſunt, ut Hylas, zephyrus, quæ ſi non eſſent, hoëlas, & dephẽrus diceremus, quarum y inter uocales habetur, inter mutas z duplex, quæ loco duarum cõſonantium apud nos fungitur, nec aliter metri ratio conſtare poteſt in illo uerſu:*

*Vbi eſt Mezentius.*

*Siquidem me breuis eſt ſyllaba, uerum excipitur à duplici z, quæ ſi aſſumpta non eſſet, per s & d Meſdentium ſcriberemus. Literis* XIII. *finiuntur extremæ partes nominum, quinq; uocalibus, & ſemiuocalibus ſex, & mutis duabus. Ideo autem ſemiuocales ſex, cum alioqui ſint octo, quoniam nullum nomen latinum in f literam exit, ſunt autem illæ, a e i o u l m n r s x c t, ut tabula, monile, frugi, ratio, genu, mel, ſcamnum, flumen, arbor, flos, nox, halec, caput.*

## DE SYLLABIS.

*Syllaba, eſt litera uocalis, uel literarum coitus per aliquam uocalem comprehenſus, dicta eſt autem ſyllaba* ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν. *Eſt enim*

σύλληψις

*συλλήψις literarum quædam conceptio. Qualitas ſyllabarũ diuiditur in duas ſpecies, in breues & longas, ſunt enim breues aut longæ. Breues efficit correpta uocalis in ſyllaba. Tempora in breui eſt unum, in longa duo: Longæ ſyllabæ duobus modis deprehendũtur, aut natura, aut poſitione: Natura qnq; modis, aut cum una uocalis producatur, ex qua dictio conſtat: ut cum dea: Aut geminata: ut Euria=lus. Aut incipiens, ut en, aut terminans, ut ne: aut medio poſita, ut non. Poſitione longæ fiunt decem modis, aut cum correpta uocalis in duas definit conſonantes, ut ars: aut cum definit in unam conſonantem, & excipitur ab altera conſonante, ut arma. Aut cum excipitur à duabus conſonantibus, ut agri: aut cum definit in x duplicem literam, ut nox: aut cum excipitur à duplici, ut nexus: aut in z, quæ apud Græcos duplex eſt, ut Mezentius: aut cum definit in conſonantem, & excipitur à uocalibus loco conſonantium poſitis, u uel i, ut arua, adiuuo: Aut cum correpta uocalis in uocalem definit loco conſonãtis poſitã, excipiturq; uocali cõſonãtis loco poſita, ut:*

*Maijor egit deus & eſt Troia quæ nũc Stares: Sic enim iſta ſcribi per geminatum i metri ratio depoſcit: aut cũ definit correpta uocalis in cõſonantẽ*

*in qua*

*in qua pars orationis finitur: Aut cum correpta uoca lis ipſa per ſe partem orationis impleuerit.*

## DE VERBO.

*Qualitas uerborum eſt, qua quæritur finitum ſit uerbum, an infinitum. Finitum uerbum eſt, quod habuerit certum numerum, tempus certum, certamq; perſonã, ut lego, ſcribo: Infinitũ quod nihil horũ certũ habet, ut legere, ſcribere:* Hæc *enim omnibus numeris, perſonis, tẽporibus, incerta ſunt. Genera uerborum ſunt quinq;,* Actiuũ, *Paßiuum,* Neutrum, *Commune,* Deponens. *Actiuũ eſt, quod o litera terminatur, & accepta r facit ex ſe paßiuum, ut lego, legor. Paßiuum eſt, quod r litera terminatur, & depoſita ea redit in actiuum, ut legor, lego.* Neutrum *eſt, quod o litera terminatur, & non poteſt accipere r, ut curro, uigilo, dormio:* Eius *ſignificationes ſunt duæ, aut enim agendi uim habet, ut ſedeo, curro, aut patiendi, ut algeo, uapulo.* Commune *uerbum eſt, quod r litera terminatur, & agendi, & patiendi accipit ſignificationem, ut criminor, oſculor te, & à te.* Deponẽs *eſt, qđ r litera terminatur, & depoſita ea latinum non eſt, ut loquor, luctor.* Deponens *aut per antiphraſin dictum eſt, & catachryſin, quod r*

literam

*literam nō deponat:* Huius quoq; *ſignificationes ſunt duæ, aut enim agendi uim habet, ut loquor, aut patiendi ut morior.* Numeri *uerborum ſunt duo, Singularis, ut lego:* Pluralis, *ut legimus.* Figuræ *ſimiliter ſunt duæ:* Simplex, *ut lego:* Compoſita, *ut relego.* Totidem *modis uero componuntur, quot & nomina:* Ex *duobus integris, ut deſcribo:* Ex integro *& corrupto, ut explico:* Ex corrupto *& integro, ut offero:* Ex *duobus corruptis, ut ſuſtineo.* Perſonæ *uerborū ſunt tres,* Prima, *quæ loqtur, ut lego:* Secūda, *ad quā loquitur, ut legis:* Tertia, *de qua loquitur, ut legit.* Cōiugationes *uerborū ſunt tres:* Prima, *quæ indicatiuo modo tēpore præſenti, pſona ſecūda, a habet ante s, ut amo, amas.* Secunda *coniugatio, quæ indicatiuo tēpore præſenti perſona ſecunda e habet ante s, ut moneo, mones.* Teria *coniugatio, quæ i habet ante s, ut lego, legis.* Coniugatio *forma quædam eſt, in qua intelligitur promiſſiuus modus quomodo efferri debeat:* Eam *quærimus in uerbis actiuis, neutralibus, o litera terminatis, modo indicatiuo, tempore præſenti, perſona ſecūda, ante nouiſſimā literā:* In *paſſiuo autē & cōmuni & deponēti, quæ r litera terminatur, eodē modo, et eodē tēpore præſenti, et perſona ſecūda ante nouiſſimam ſyllabam.* Prima *& ſecunda coniugatio, futurum tempus, id eſt, promiſſiuum modum mittunt* Coniugatio.

*mittuut in bo,amo,amas,amabo:moneo,mones,mo-nebo. Tertia coniugatio promiſsiuum modum in am,& bo ſyllabam mittit,ſi correptam literam i habuerit,promiſsiuum in am ſyllabam mittit,ut le-go,legis,legam:Scribo,ſcribis,ſcribam.Quod ſi e correptum fuerit,in ar ſyllabam iacit, ut legor,lege ris,legar:Si producta i fuerit, promiſsiuum modũ in am & in bo iaciet,ut ſcio,ſcis,ſciam & ſcibo.Te-rentius in Phormione:Scies modo ut tacere poſsis. Item in Heautont. Scibis cuius ſis coniux.Et in Hecy ra:Seruibo commodis.Et in Milite Plauti: Aſsenti-endum eſt, quicquid hic mentibitur. Vt autem ſcia-mus, quando in ſecunda perſona i correpta aut producta ſit, in imperatiuo modo hoc aduerte: Nam quoties correpta eſt i detracta s litera i in e trãſibit, ut lego,legis,lege:ſcribo,ſcribis,ſcribe. Quãdo au-tem producta eſt,perſeuerat in imperatiuo modo i, ut audio,audis,audi:ſeruio,ſeruis,ſerui.*

*Modi autem ſunt: Indicatiuus, Promiſsiuus, Im-peratiuus, Optatiuus, Cõiunctiuus, Conceſsiuus, Im perſonale, Gerendi, Hortãdi modus. Addunt quidã Percunctatiuum modum. Indicatiuus, ut lego: Pro miſsiuus, ut legam: Imperatiuus, ut lege: Optatiuus, utinam legerem: Coniunctiuus, cum legam: Conceſsi uus, ut legerim: Infinitiuus, ut legere: Imperſonalis,*

*ut*

*ut legitur:Gerēdi,ut legendo:Hortandi,ut legamus, Percunctatiuus:legis ne. Tempora uerborum ſunt tria, Præſens, Præteritum, Futurum: Præſens, ut lego: Præteritum, ut legi: Futurum, ut legam. Præteriti differentiæ ſunt tres: Imperfectum, Perfectum, Plusq̃ perfectum, ut legebam, legi, legeram. Formæ uerborum ſunt quatuor, Meditatiua, Inchoatiua, Perfecta, Frequentatiua. Meditatiua ſunt, ut amaturio, Inchoatiua, ut feruesco, caleſco. Perfecta forma, ferueo, caleo, algeo: Frequētatiua curſito. Defectiua uero ſunt uerba, quæ cū declinētur, in genere uel tēpore, uel cōiugatiōe, uel pſona, aut etiā uniformiter pdurare nō poſſūt, & ob id defectiua dicūtur. Genere deficiūt uerba, cū actiua ſignificatiōe, præſentis tēporis, ad paſſiuam ſpeciem in præterito tranſeūt, ut audeo, auſus ſum: gaudeo, gauiſus ſum ſoleo, ſolitus ſum. Perſona deficiūt, quæ cū actiua ſignificatione, niſi adiūcto pronomine perſonā acceperit, declinari per ſe nequeunt, ut tædet, pudet, pœnitet, piget. oportet, libet. Dicimus enim tædet me, te, illū, nos, uos, illos. Similiter quæ ſunt alia imperſonalia, quæ à perfectis uerbis deſcendunt, & ab eo, quod eſt eo, & uideo, facit enim itur, & uidetur. Dicimus itur à me, à te, ab illo, à uobis, à nobis, ab illis. Coniugatione deficiunt, fero, fers, fert, facit enim in præterito tuli, nec apparet,*

*quotæ*

*quotæ ſit coniugationis, cum ſecundum formam ſupradictam indicatiui modi nulla uocalis ante nouiſſimam s inueniatur.* Modo *ſunt quæ deficiunt: odi, noui, memini: oderam, noueram, memineram, quæ ſola duo tempora indicatiuo modo inueniuntur.* Item *cedo, cede, qui ſolo imperatiuo modo deprehenduntur, cæteris modis deficiunt, quæ indicatiuo modo, tẽpore preſenti diſſimilia, in præterito ſimilia fiunt, ut cerno, creſco, creui.* Sed *illa quoniam* Donatus *expoſuit, ideo dimittimus*

## DE PARTICIPIO.

*Sunt autem quædam participia ſimilia appellationibus, ut paſſus, uiſus, cultus, quæ diſcernuntur tantum declinatione, nam quoties nomina ſunt, in genitiuo ſingulari in us ſyllabã exit, ut huius paſſus, uiſus, cultus: datiuo & ablatiuo in i & u, ut huic paſſui, uiſui, cultui,: ab hoc paſſu, uiſu, cultu.* Itẽ *genitiuo plurali in uũ ut horũ paſſuũ, uiſuũ, cultuũ: datiuo & ablatiuo in bus, ut ab his paſſibus, uiſibus, cultibus.* Quoties *autẽ partici pia ſunt, genitiuo ſingulari in i exeunt, ut huius paſſi, uiſi, culti: datiuo & ablatiuo in o, huic paſſo, uiſo, .ulto:* Item *genitiuo plurali in rum, ut horum paſſorum, uiſorum, cultorũ:* Datiuus *&*

*ablatiuus in bus,ut hijs & ab hijs paſſibus, cultibus, uiſibus.* Regno *& uigilo cum ſint uerba neutralia fa ciunt in præterito paſſiuo regnatus, & in futuro uigilandus, ut apud* Vergilium : *Agri quondã re gnata* Lycurgo. Et : *Quæ uigilanda uiris. Hæc au tem à poëtis figurata ſunt, quæ cum à uerbo originẽ non habeant, utiq; non recte participia dicuntur.* Participia *nominatiua ſiue participialia ſunt, quæ quaſi ſpeciem participiorum habent, ut conatus, ga leatus, aſtutus.*

## DE ADVERBIO.

*Aduerbium eſt pars orationis, quæ adiecta uer bo manifeſtior & plenior redditur, ut docte dixit, pulchre fecit. Naſcuntur autem à ſua poſitione, ut ab alijs partibus orationis: ut heri, pridem, nuper. Ab alijs partibus orationis : ut doctus docte, ſapi ens ſapienter. Aduerbijs accidunt tria, ſignifica tio, figura, comparatio. Significationis ſpecies ſunt multæ. Sunt enim quædam temporis, ut heri, nũ per. Alia loci, quæ quidẽ in In quatuor ſpecies diui duntur : Aut ad locũ, ut huc, illuc. Aut in loco, ut hic, ibi: Aut è loco, ut hinc, inde: Aut per locum, ut hàc, illàc. Sunt quædam temporis & loci, ut hactenus, protinus. Alia terminationis, ut illic. Alia nume*

k ri, ut

ri, ut ſemel, bis, ter. Alia negantis, ut non, nequaquam. Alia affirmantis, ut prorſus, profecto, proculdubio. Alia percunctantis, ut nunquid, an'ne. Alia demonſtrantis, ut en, ecce. Alia optantis; ut utinam. Alia æſtimantis, ut ferè, fermè. Alia ordinis: ut deinceps, deinde. Alia interrogantis: ut cur? quid ita? Alia ſimilitudinis: ut ceu, quaſi, ueluti. Alia dubitationis: ut fortaſſe. Alia uocationis: ut heus. Alia reſpondendi: ut heu. Alia prohibendi: ut ne. Alia congregandi: ut pariter, unà, ſimul. Alia comparandi: ut magis, ſatius, potius. Alia euentus: ut forte. Alia annuentis, ut uero. Alia iurandi: ut Pol, Mediusfidius, Ecaſtor, Mehercule. Alia perſonalia: ut mecum, tecum: ſecum. Alia animaduertentis, ut at. Alia interiectionis: ut rurſus, ſæpius, itidem. Alia qualitatis: ut bene, male. Alia quantitatis: ut ſat, nimium. Dum gentium ad id locorum ornatiua ſunt aduerbia, poſita enim orationem illuminant, ablata nihil ſenſui detrahunt: loci enim & temporis habent ſignificationem, id quod Salluſtius indicat in Iugurtha de Mario: Ad id locorum talis uenit uir. Aduerbia nominatiua, uel ut alij dicunt, aduerbialia nominatiua ſunt, ut fui Romæ, Cariæ, Cappadociæ.

Figuræ

*Figuræ aduerbiorum ſunt, ut in cæteris partibus orationis, duæ: Simplex, ut iuſte: Compoſita, ut iniuſte.*

*Comparationem poßunt aduerbia recipere, quoties appellationes, unde tranſeunt, comparantur, ut iuſte, iuſtius, iuſtißime: quod facit iuſtus, iuſtior, iuſtißimus. Aduerbijs adijci præpoſitiones negant omnes technici, quamuis licenter ueteres uſi ſint. Terentius in Hecyra ita corripuit:*

*Derepente tacitus ſeſe ad filiam.*

*Ita & Lucretius: Deſubito.*

## DE CONIVNCTIONE.

*Coniunctio eſt pars orationis, nectens ordinansq́; ſententiam. Tria accidunt coniunctioni: Poteſtas, Figura, Ordo. Figura eſt, quod aut ſimplices ſunt, ut quoniam, quando: Aut compoſitæ, ut quoniamquidem, quandoquidem. Ordo coniunctionum eſt, quo apparet quæ in loquendo præponi debeant, & quæ ſubiungi: quæ præponi & ſubiungi. Igitur præponuntur, quam, quamuis: Subiunguntur, enim, autem, præſertim. Denique ſubiunguntur & præponuntur, quoniam, quatenus.*

*Poteſtas coniunctionum diuiditur in quinque*

ſpecies: Sunt enim Copulatiuæ, Diſiunctiuæ, Expletiuæ, Rationales, Cauſales. Copulatiuæ ſunt: que, atque, & , ac, aſt, at. Diſiunctiuæ: aut, ne, uel, ne, nec, neque: Sed diſiungendi uim habent, quo modo recte coniunctiones dici poſſunt? diſiungunt quidem ſenſum uerborũ, cæterum uerba copulant: ut cum dicimus: aut hoc, aut illud: ſiue hoc, ſiue illud. &c. Expletiuæ ſunt quidem, equidem, tamen, porro, ſaltem, prorſus, duntaxat. &c. Cauſales ſunt: ſi, etſi, etiamſi, ſin. Rationales ſunt: ita, itaque, proin, proinde. Denique quæ magis aduerbia mihi uidentur eſſe, præter illas coniunctiones quæ accentu diſcernuntur ab aduerbijs: nequaquam, nuſquam, quamuis, quandoquidem, quinetiam, ſin, ſeu, ſiue, nanque, niſi, niſiſi, ſedenim, propterea, interea, quatenus, quamobrem, ſane, certe, nunc. Quando tunc magis aduerbium temporis uidetur eſſe, quando acuto accentu effertur: aduerbium eſt enim temporis: cum autẽ graui, coniunctio cauſalis: ſignificat enim quia uel quoniam, ut:

Quandò te hæc cura remordet.

Sunt reuera quædam, de quibus ambigi poteſt, unde merito quidam aduerbia coniunctiua dicunt, uel coniunctiones aduerbiales.

DE PRAE-

## DE PRAEPOSITIONE.

*Præpoſitio eſt pars orationis, quæ præpoſita alijs partibus orationis ſignificationem earum aut minuit, aut auget: ut deſcribo, præſcribo, reſcribo, facio ſufficio. Aliquæ uero harum præponuntur caſibus, aliæ uerbis, quædā caſibus & uerbis. Verum ex hijs quæ caſibus coniunguntur aliæ accuſatiuum regūt, aliæ ablatiuum, aliæ in utroq; communes ſunt. Accuſatiuis adiunguntur per, apud, aduerſum, citra, contra, &c. Harum quædam mutato accentu ſunt aduerbia: Nam Ante cum graui accentu pronūtiatur, præpoſitio eſt, ut: Ante focum ſi frigus erit. Si autem acuto, fiet aduerbium temporis, ut:*

*Ante equidem ſumma de re ſtatuiſſe Latini.*

*Item poſt præpoſitio, cum dicimus poſt tergū: cum uero ſignificat poſtea, fit aduerbium temporis, ut: Poſthabuit non illorum &c. Harum quædam uerbis adiunguntur, ut per, ad, trans, ante, circum, inter, ob, poſt: Dicimus enim perlego, adfero, tranſueho, antefero, circūfero, ītervenio, obduco, poſtpono. Ablatiuis caſibus adiunguntur, à, abs, è, ex, pro, de, præ. Harum quædam æque mutato accentu fiunt aduerbia, ueluti eſt, cum: Nam quoties caſui iungitur, præpoſitio eſt, ut cum duce, cum amico. Quoties*

*cum uerbo erit aduerbium, ut: cum uenit Aulis. Et:*

*Cum ſubit Aeneas concurſu aſcendere magno.*

*Ex hijs quędā etiā uerbis adiungūtur, ut à, ab, abs, è, ex, de, pro, præ: Dicimus enim, amoueo, abripe, abſtrahe, emitte, expone, detrahe, produc, præfer. Quędā accuſatiuis, & ablatiuis: in, ſub, ſuper, ſubter. Accuſatiuo, cum in locum ire uel mittere ſignificamus: Quod quidem plenius ſupra docuimus. In præpoſitionibus cauſalibus hæc etiam uerbis adiunguntur: Dicimus enim infer, ſubtrahe, ſubterpone, ſuperſcribe. Quędam uerbis tantummodo præponūtur: ut con di re dis ſe am o. Dicimus enim conduco, dimitto, diſtraho, relego, amputo, omitto. In & con præpoſitiones aliquando corripiūtur, ſequentibus ſ uel f literis producuntur: ut inſtans, infidus, & cæteris omnibus corripiūtur, ut inconſtans, imprudens. In augendi uim habet aut minuendi: ut inſtans, indoctus.*

## DE INTERIECTIONE.

*Interiectio eſt pars orationis animi affectum ſignificans. Sunt autem aut lætantis, ut eia. Aut laudantis, ut heu. Aut timentis, ut hei. Aut dolentis, ut eu. Aut exultantis, ut euax. Aut iurantis,*

*ut pape: Aut reſpuentis,ut phei: Aut animaduerten tis,ut at at: Aut ridentis,ut ha ha ha. Sunt præterea partes orationis pro interiectionibus poſitæ, ut fas, nefas. Item, prò Iupiter ſi dicimus, & ſi qua ſunt alia. Hem quoq; interdum coërcentis eſt, ut Teren. in Heauton. Hem tibi ne diutius licere ſperas facere? Aliquando etiam admirantis, ut in Andria: Hem quid eſt. Ex hijs cæteros animorum motus intelligere poſſumus.*

FINIS.

# MARIVS VICTORINVS DE CARMINE HE ROICO.

*Metrum, eſt rei cuiuſcunq; menſura: Metrũ uero poëticũ eſt uerſificãdi diſciplina certa ſyllabarũ ac temporũ ratione in pedibus obſeruata: Inde autem ſic dictum eſt, quod ueluti menſurã quãdã præſtituat, à qua ſi quis plus minus'ue erit, pes ſiue uerſus minime conſtabit, cui Rithmus eſt cõſimilis, qui ſic definitur: Eſt uerborum modulatio & compoſitio, non metrica ratione, ſed numeri ſanctione ad iudicium aurium examinata, ueluti ſunt cantica Poëtarum uulgarium: ergo is in metro non eſt, nec poteſt ullo pacto ineſſe, ſed hoc diſtat à metro: quia rithmus ſine metro eſſe poteſt, ſine rithmo metrum non poteſt, quod liquidius ita definitur: Metrum eſt ratio cum modulatione: Rithmus ſine ratione. Plerunq; tamen caſu quodam inuenias etiam rationem metricam in rithmo, non artificij ratione obſeruata, ſed tono & ipſa modulatione ducente. Pes eſt compoſitio duarũ uel trium, aut æque quatuor ſyllabarũ, ſecundum rationem ſui cuiuſq; metri. Pedum genera ſunt duo, aut enim ſimplices ſunt, aut duplices. Simpliciũ ſpecies*

*iterum*

*iterum ſunt duæ, diſyllabi, & triſyllabi: Diſyllabi ſunt quatuor: Spōdeus, Pyrrhichius, Trocheus, Iambus. Ex hijs quidam ſunt inter ſe contrarij, Pyrrhichius Spondeo: Trocheo Iambus. Idem eſt quippe Iambus, qui & Pyrrhichius, idem etiam Tribrachus, qui & Chorius, idemq́; Trocheus.*

*Spondeus duabus conſtat longis, ut pleni — —*
*Trocheus, longa & breui, uita, Roma — ∪*
*Pyrrhichius, ambabus breuibus, ut Maro, Cato ∪ ∪*
*Iambus, ex breui & longa, ut nepos, honos ∪ —*

*Pedes triſyllabi ſunt octo: Dactylus, Anapæſtus, Moloſſus, Tribrachus, itemq́; Epignomus, Amphimacrus, qui & Creticus, Amphibrachus, ſiue Meſites, Bachius ſiue Amphibachius, Pæon. Conſtat autē Dactylus ex longa & duabus breuibus, ut: copia — ∪ ∪ Anapæſtus, ex duabus breuibus & longa, ut ſapiens: ∪ ∪ — Moloſſus ex tribus longis, ut Mecœnas, Hæredes — — — Tribrachus ex tribus breuibus: ut Lepidus, Catulus ∪ ∪ ∪ Amphimacrus ex longa, breui, & longa, ut charitas, ueritas — ∪ — Amphibrachus ex breui, longa, & breui, ut corona, marina ∪ — ∪ Bachius ex breui & duabus longis, ut Athenæ, Camœnæ ∪ — — Palimbachius ex duabus lōgis & breui, ut lucerna, lacuna — — ∪*

*Pedes duplices ſiue tetraſyllabi ſunt ſedecim:* Di*ſpondeus,* Proceleumaticus, Ionicus Apomizonus, Ionicus Apelazonus, Ditrocheus, Dijambus, Choriãbus, Antiſpaſtus, Pæon primus, Pæon ſecundus, Pæon tertius, Pæon quartus. Item Epitritus ſiue Hiphius primus, ſecundus, tertius, quartus. Horũ aũt contrarij ſunt Proceleumaticus Diſpondeo, Ionicus Apelaſonus Ionico, Apomizono: Dijambus Ditrocheo, Autiſpaſtus Choriãbo: Epitritus primus, Pæoni primo: ſecundus ſecundo: tertius tertio: quartus quarto. Singuli uero quinq; conſtant Diſpondeis quatuor ſyllabis longis, ut oratores, ſaltatores — — — — Proceleumaticus quatuor breuibus, ut animula, memoria ∪ ∪ ∪ ∪ Ionicus Apazonus ex duabus longis, & duabus breuibus, ut penuria, uicinia — — ∪ ∪ Ionicus Apomizonus ex duabus breuibus & duabus longis, ut Diomedes, Palinurus ∪ ∪ — — Ditrocheus ex longa & breui & longa & breui, ut ægritudo, cantilena — ∪ — ∪ Dijambus ex breui & longa, & breui & longa, ut benignitas, malignitas ∪ — ∪ — Choriambus ex longa & duabus breuibus & longa, ut diuitiæ, ſimplicitas — ∪ ∪ — Antiſpaſtus ex breui & duabus longis & breui, ut ualetudo, amaturus ∪ — — ∪ Pæon primus ex

longa

*longa & tribus breuibus, ut occeanus, ruricola* — ∪ ∪ ∪ *Pæon ſecundus ex breui & longa & duabus breuibus, ut facinora, colonia* ∪ — ∪ ∪ *Pæon tertius ex duabus breuibus & longa & breui, ut Marianus* ∪ ∪ — ∪ *Pæon quartus ex tribus breuibus & longa, ut cupiditas* ∪ ∪ ∪ — *Epitritus primus ex breui & tribus longis, ut Palatini, Numantini,* ∪ — — — *Epitritus ſecundus ex longa & breui & duabus longis, ut conditores, funditores* — ∪ — — *Epitritus tertius ex duabus longis breui & longa, ut uiuacitas, induciæ* — — ∪ — *Epitritus quartus ex tribus longis & breui, ut Libertinus, Florentinus* — — — ∪

*Genera uerſuum ſunt in dactylico metro quinque: Eſt autem dactylicum carmen, quod conſtat dactylo & ſpondeo: Non dico ultimo loco non nunq̃ Trocheo, cò quod quidam bono iudicio hunc pedem de uerſu Hexametro excludendum cenſuerunt: Quippe omnis ſyllaba in uerſu ultima* διάφορος *eſt, id eſt, indifferenter accipitur, nec intereſt utrum producta ſit an correpta: Nam cum ita ratio expoſcat, ut pleno uerſu uiginti quatuor tempora inſint, admiſſo utiq; Trocheo curtabitur numerus temporum, & erunt tempora* XXIII.

*Illa*

Illa ſunt ergo quinq; genera in dactylico metro: Hexameter, Pentameter, Tetrameter, Trimeter, Dimeter. Hexameter dicitur, aut Hexametrus, ut Euander, Euandrus, quorũ unum uenit ex græca enuntiatione, alterum ex latina. Quipp Ccornelius Epidagus in eo libro, quem de metris ſcripſit: Hexameter inquit uerſus. Contra quem item Cæſius Baſſus, uir doctus atq; eruditus, in libro de metris: Iambicus trimetrus ait. Noſtra quoq; memoria Lactantius de metris: Pentameter inquit, & tetrameter. Hexameter ergo ſiue Hexametrus uerſus eſt, quod pedibus ſex conſtet, Dactylo & Spõdeo circũſe poſitis, aut alterna interpoſitiõe uariatis. Hexametri uerſus genera ſunt tria: Hexameter ubi dactylus tãtũ eſt, dactylicus uocatur herous. Eſt Hexameter Iãbicus, q et ſenarius, cũ cõſtat ex ſimplicibus eſt: Itẽq; ex duplicibus trimeter. Si uero uerſus Hexameter ſex ſpondeis conſtiterit, erit Spondiazon, metrum tamen dactylicum: quippe ciuſmodi compoſitio non niſi in dactylicum metrum cadit. Hexametri dactylici tantum ſunt, qui conſtant ſex pedibus dactylicis, præter facta & bella heroum, quidlibet aliud continentes, ueluti ſunt Bucolica, Georgica, cæteraq; eiuſmodi. Hexametri uero dactylici heroici ſunt, qui bella heroum, & res geſtas complectuntur, ueluti eſt Aeneis Vergilij, Ilias Homeri.

Principẽ locum is tenuit Romæ, Autore Gellio.

Quintus

*Quintus ibi pes ſemper erit dactylus, eò quod excc ptis alijs locis, in quibus uarie ponitur, quintam regi onem proprie obtinet, minusq́; lenis eſt uerſus, qui quinto loco ſpondéum magis quàm dactylum habuerit, & uocabitur ſpondiazon, ueluti eſt illud:*

*Aut lenis ocreas lento ducunt argento.*

*Sic ut ſpondeus à quibuſdam imus pes dicatur, quod regionem ſextam ſemper obtineat, nec unquam dactylus in fine ponatur. Modus autem ſyllabarum in uerſu* Hexametro *dactylico ſiue heroico, creſcit à du odecim ſyllabis uſq; ad* XVII. *Nam qui minimus eſt habet ſyllabas non minus quàm duodecim. Qui maximus, non plures quàm* XVII. *Quamuis non negaue rim eſſe uerſus etiam plurium ſyllabarum, ut ſunt hij:*

*Quando aliud mihi iam miſere nihil ipſa reliqui.*

*Et:*

*Aut onera accipiunt uenientibus agmine facto.*

*Et:*

*Quin morere ut merita es, ferroq́; auerte dolorē.*

*Et:*

*Cara mihi ante alias, neq́; enim nouus iſte* Dianæ.

*Sunt quidem plerunq; ſyllabarum* XVIII. *& ille qui ultimo loco poſitus eſt* XX. *Sed ſciendum eſt in metrica ratione nunq̃ computari eas ſyllabas, quas ſynalœpha intercipit: Quo fit ut omnes illi uerſus, qui*

*ſupra*

ſupra dictum numerum ſyllabarum uidentur excede re, detractis ſynalœphis ad XVII. aut XIII. ac nonnulli etiam ad XV. ſyllabas rediguntur, ueluti ſunt illi, quos ſupra exempli cauſa poſuimus. Vnde ſciendum eſt, nullum uerſum dactylicum Hexametrum inueniri poſſe, qui numerum ſyllabarum XVII. excedat. Itaq; omnis uerſus Hexameter, ſi ſolis ſpondeis conſtiterit, duodecim ſyllabarũ, ſi unum dactylũ habuerit XIII. Si duas XIIII. Si tres XV. Si quatuor XVI. Si quinq; XVII. Ita quoties dactylus acceſſerit, toties monoſyllaba accreſcit. Hexameter uerſus dactylicus uariatur per XXXII. ſpecies. Nam in uerſu duodecaſyllabo ſpecies una eſt: quippe is ſine ulla uarietate omnes in ſe ſpondeos habet, & uocatur Spondiazon, ut eſt:

Forte ducuntur ligati Minturnenſes.

Quod genus uerſificationis uſq; adeo durum eſt, ut Albinus in libro, quẽ de Metris ſcripſit ita poſuerit:

Vilem ſpondeo totum coucludere uerſum.

Sed iunges dactylum apte in uerſu. Tredecim ſyllabarum ſpecies ſunt quinq;, in eo unus dactylus inter ſpondeos admiſſus, quinq; locis inter uertitur, In uerſu uero XIIII. ſyllabarũ ſpecies ſunt X. Aut enim primo & ſecundo loco dactylus ponitur: aut primo & tertio: aut primo & quarto: aut ſecundo & quinto: aut

*to: aut tertio & quarto: & tertio & quinto: aut quarto & quinto. In uerſu* XV. *ſyllabarum ſpecies ſunt multæ: Nam uti in illo qui eſt* XIII. *ſyllabarum dactylus decies uariatur, ita in hoc toties ſpõdeus inuertitur. In uerſu* XVI. *ſyllabarum ſpecies ſunt totidem, quot in* XIII. *ſyllabarum, id eſt, quinq; : Nam ut in illo dactylus quinq; locis inuertitur, ita in hoc Spondeus iiſdem locis, totiesq́; uariatur. In uerſu ſyllabarum* XVII. *ſimiliter ut in duodecaſyllabarũ ſpecies una eſt: quippe hijs q̃nq; dactylis cõſtat, excepto ultimo pede, quẽ neceſſe eſt diſyllabum eſſe, ne contra rationem ſupra dictam ſyllabarum amplior numerus accreſcat. Ergo dactylus, cum alijs locis, tum etiam in fine aliquando ponitur, ſed in hijs uerſibus, qui nõ habeant in cæteris omnibus dactylos, ueluti eſt ille in Georgicis:*

*Et ſpumas miſcent argenti, uiuaq́; ſulphura.*

*Quem quidam inuertentes, ſic legunt:*

*Et ſpumas ſulphura uiua.*

*Item:*

*Bis patriæ cecidere manus quia protinus omnia.*

*Quem quidam per ſynalœphin excludunt, ut ſit in ſcandendo omna: Nec intelligunt ſynalœphin tunc inter ſe eſſe, cum uocales confligunt, ut:*

*Multum*

*Multum ille & terris iactatus.*

*Quod nequaquã hoc loco adſeri poteſt, quippe abſolutus pes eſt omnia, uelut in illo uerſu:*

*Omnia fert ætas.* Et:

*Omnia uincit amor.*

*Poßit itaq; eße etiam uerſus ex dactylis ſex, ſi modo metrici admitterent, ueluti dicitur:*

*In tenero mihi bucula paſcere gramine.* Et:

*At tuba terribilem ſonitũ procul excitat horrida.*

*In ſupra dictis ſpeciebus* XXXII. *in carmine* Vergiliano *deprehenduntur* XVII. *ſpecies.* Nam *ex uerſu* XIII. *ſyllabarum duæ ſpecies ſumptæ, ſecundæ aut quintæ poſitionis ſunt:* Nam *aut ſecundo loco dactylus eſt, & unus tantum, ut:*

*Aut lenis ocreas ducunt argento.*

Et *quinto, ut:*

*Cum Iuno æternum ſeruãs ſub pectore uulnus.*

Item *ex uerſu ſyllabarum* XIIII. *quatuor ſpecies aßumuntur, aut enim primo & quinto loco dactylus inuenitur, ut:*

*Quippe uetor fatis Pallas ne exurere claßem.*

*Aut ſecundo & quinto, ut:*

*Qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*

*Aut tertio & quinto, ut:*

*Arcebat longe late, multosq; per annos.*

*Aut*

*Aut quarto & quinto, ut:*

*Quarum, quæ forma pulcherrima, Diopœam.*

Ex *uerſu* X V. *ſyllabarũ ſex ſpecies aſſumptæ*: Nam *aut primo & ſecundo loco ſpondeus inuenitur, ut:*

*Infandum regina iubes renouare dolorem.*

*Aut primo & tertio, ut:*

Hic *currus fuit, hoc regnum dea gentibus eſſe.*

*Aut primo & quarto, ut:*

*Aeneas ſcopulum interea conſcendit, & omnẽ.*

*Aut ſecundo & tertio, ut:*

*Aut capiunt celſis in puppibus arma Caici.*

*Aut ſecundo & quarto, ut:*

Vi *ſuperum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram.*

*Aut tertio & quarto, ut:*

*Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.*

Ex *uerſu* XVI. *ſyllabarũ quatuor ſpecies aßũptæ.*

*Nam aut primo loco ſpondeus inuenitur, ut:*

V*rbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni.*

*Aut ſecundo, ut:*

*Nulla tuarum audita mihi, neq; uiſa ſororum.*

*Aut tertio, ut:*

*Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis.*

*Aut quarto, ut:*

I*mperium ſine fine dedi, quin aſpera Iuno.*

Ex *uerſu ſyllabarum* XVII. *una ſpecies aßumpta,*

*quæ ſola in eo eſt, cum præter ultimum pedem cæteri omnes dactylici inueniantur, ut:*

*Quando aliud mihi iã miſeræ nihil ipſa reliqui.*

*Quatuor ſunt ſpecies in cenſura hexametri uerſus: Coniunctus, diſtrictus, mixtus, diuiſus. Coniunctus eſt, quando ſcandendo ita continuatus eſt ſibi, ut nuſquam finito ſenſu diuiſa uerba ponantur: Quod genus uerſificationis laudabile habetur, ac melius, utpote eſt:*

*Infandum regina iubes renouare dolorem.*

*Strictus, qui in ſcandendo ſenſum ſeu partes orationis ſeparatus in ſe habet, ut:*

*Dic mihi Clio, quinam primus fingere uerſus.*

*Mixtus, qui utrunq; in ſe habet, ut in quibuſdam cõiunctus, in quibuſdam ſeparatus, ut:*

*Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus eſſe.*

*Diuiſus, qui in Priapeo deprehenditur metro. Metrum uero Priapeium eſt, cum in hexametro uerſu ſupremi inter ſe pedes cõcatenati à reliqs tribus ſequentibus diuiſi ſeparatiq; ſunt, ueluti in Bucolicis:*

*Aut Ararĕ Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

*Et: Et mihi nãq; domi pater, eſt et iniuſta nouerca.*

*Inde dictum Priapeium, quod pleraq; huiuſmodi in honorem Priapi ita conſcriptã ſint. Propter quod multi uolunt hoc genus compoſitionis buco-*

lico

*lico carmini magis conuenire Pythium. Pythium autem dictum quidam uolunt ob id, quod hoc genere metri oracula primum ab Apolline ſint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus eſt. Alijs tamen uidetur Pythium metrum eſſe, quod continet duodecim ſyllabas, ſpondiazonica uidelicet ratione, quod cum in Parnaſſo Pythea ſerpentem in uindictam matris ſagittis inſequeretur, accolæ Delphici hunc ipſum uerſu iſto hortati ſint. Hactenus de hexametro dactylico: De cæteris uero ſuo loco exequemur.*

MARII VICTORINI
*Afri de metro hexametro dactylico*
FINIS.

# MAXIMI VICTORINI DE RATIONE METRORVM COMMENTARIVS.

LIquentes autem literæ ſunt quatuor: l m n r. Liquētes uero ideo dicūtur, q̃ fluant, & quaſi intereant, tum cum conſequntur aliquam breuem ſyllabā cum quauis aliqua conſonante. Sunt autem duplicis potentiæ: Nam longam ſyllabā poſitione facere poßunt, ſi ita poëta uoluerit, & breuem non producunt. Quod dico huiuſmodi eſt exemplum, ut hic Lucretij uerſus:

Nam fuerant iuuenes ſubito ex infantibus paruis.
Sic habetur, quaſi dixerit: ex infantibu paruis: ſubtracta s litera: Hic enim s litera interit. Ennius quoq; ait:

Vita illa dignus, locoq́;.
Quaſi dixerit: Vita illa dignu, locoq́;. Similiter Lucilius:

Tum lateralis dolor certißimus nūtius mortis.
Pro: Tum laterali dolor certißimu nuntiu mortis.

Sic

*Sic habetur quaſi ſubtractis s literis: quia liquentius antiqui & ipſa quaſi pro liquenti utebantur, inerudita adhuc nouitate, quod poſteriores poëtæ nõ ferunt: Non quod iſta definitio recta non eßet, ſed quod uerſus ſuos liquidius diſcurrere nullis ſalebris uoluerunt.*

*Liquentes autem cognoſcere in illo Vergilij uerſu poßumus.*

*Aptare flagello.*

*Quaſi ſubtracta l litera fagello dixerit. Sic & in illo:*

*Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.*

*Quaſi ſubtracta s litera graue dixerit, nõ graues.*

*Mihi autem de his magis uidetur illud, quod liquentes literæ, de quibus diximus, tunc detrahantur, cum breuem ſyllabam duæ conſonantes, quarũ altera liquens erit, ita ſequuntur, ut in duas ſyllabas ſe diuidant. Quod dico huiuſmodi eſt exemplum: ut infantibus paruis: s & p literæ in duas ſe diuiſerunt: nam s ad bus ſyllabam pertinet: p ad paruis. Quoties ergo ſe ita diuidunt, tunc liquentes erunt. Alioqui cum duæ conſonantes ita aliquã breuẽ ſyllabã conſequuntur, ut hæ ipſæ conſonantes alterius ſyllabæ ſint, nec ſe diuidant, tunc illa ſyllaba, ut poëtæ uoluerint, longa aut breuis erit: hoc*

*Liquẽtes quando ſiunt.*

*exemplo:* *Conſpiciunt Atridas Priamumq́;.*
*A litera poſitione longa eſt, eò q. eā excipiunt duæ conſonantes t & r. Sed quoniam conſonantes hæ duæ ad alteram ſyllabā nō pertinēt, non ſemper poſitione longam ſyllabam faciunt quam excipiunt, ut eſt: geminosq́; Atridas. Hic a breuis eſt, quoniam conſonantes ambas ſibi ſyllaba poſterior uendicat. Aeque ut poëtæ uoluntas eſt, proinde auxiliantur aut cedunt, ut illi Vergilij uerſus quos præpoſuimus, tales ſyllabas habent conſonantium coitu, non liquentium fluxu.*

## DE CONIVNCTIS SYLLABIS.

*Coniunctas quoque ſyllabas animaduertere nobis intentio eſt: Nam coniunctæ ſyllabæ dicuntur, cum longa ſyllaba in uocali finitur, & à uocali excipitur: atq; ideo longa ſyllaba illa natura breuis eſt, quod eam uocalis terminauerit, & excipitur à uocalibus. Hoc exemplo:*

*Te Coridon ô Alexi.*

*Sic enim ſcanditur. Te Cori, dactylus* — ∪ ∪ *don ô a, alius dactylus:* — ∪ ∪: *cuius media ſyllaba ô natura longa eſt: Sed quia & ipſa uocalis conſtat, & excipitur à uocali coniunctione ſyllabarum, & quaſi cognatione uocalium, idcirco*

breuis

*breuis eſt ueluti gratificatur, & eſt huic ſimilis ille uerſus, ut:*

*Credimus an qui amant.*

*Credimus dactylus eſt* — ∪ ∪ *an quia, alius dactylus* — ∪ ∪. *Sed qui media dactyli natura longa ſyllaba, ſed hæc à uocali ut ſuperior terminatur, & excipitur à uocali breuis eſt:* Non enim *in hoc, aut in ſuperiori uerſu ſynalœphen facere potes ſine uitio, uerſus erit ex* Trocheo *ſi feceris ſynalœphen, qui niſi nouiſsimus in heroico uerſu eſſe non poteſt. Si tamen in huiuſcemodi coniunctis ſynalœpha fieri poteſt, quæ à dactylo ſpondeũ faciat, profecto ſpondeus uſitatior inuſitato dactylo anteponendus eſt, ut illud:*

*Nec tota tamen ille prior præeunte carina.*

*Scanditur enim ſic:* Nec to, *ſpondeus eſt* — — *ta tamen, dactylus* — ∪ ∪ *ille pri, dactylus eſt* — ∪ ∪ *or præ, ſpondeus eſt* — —

*Hic autẽ uides poſſe alios dicere dactylũ eſſe ratiõe cõiunctarũ ſyllabarũ, quæ præ ſyllaba uocali finitur, & excipitur à uocali quæ eſt e: Sed cũ ſynalœpha fieri poſsit, faciatq; ſpõdeũ, cur nõ eam uiã ſequamur quã nobis conſuetudo frequẽtior tritã reliquit ante.* Nouiſsimus *pes eſt huius uerſus,* Ente ca, *quam idcirco præpono, cum ſynalœphæ hæc ſit conſuetudo, ut*

*Scanditur enim ſic: Oſten, ſpondeus eſt — — tas ar: ſpondeus eſt — — temq; pa: dactylus — ∪ ∪ ter ar: ſpondeus — — . Vides hic ter ſyllabam longam eſſe, alio loco breuem. Item:*

*Sanguis hebet.*

*Hic guis ſyllaba breuis eſt, in Lucano autẽ longa eſt:*

*Dum ſanguis inerat.*

*Vides enim i literam feciſſe hanc poteſtatem. Item:*

*Tum ſic Mercurium alloquitur.*

*Tur ſyllaba breuis natura, ſed quia habet uocalem, producitur: Quicquid enim in tur ſyllaba finitur, breue eſt, ut poſtea dicemus. Nec intereſt uocales illæ cũ nouiſſima ſyllaba uel ſint ſolæ, an cum cõſonantibus ſint, utroq; enim modo dichronæ ſunt: Vides tamen dichronas hoc etiã cõpẽdio poſſe trahi, ut in heroico uerſu cuiuſcunq; pedis ſyllaba prior, cum à ſuperiore uerbo remãſerit promiſcua fiat, longa erit aut breuis, ut Poëta uoluerit, quõ in ea pars orationis impletur quoq; ut in uerſu, ſic in uerbo non attẽdatur.*

## DE GRÆCIS NOMINIBVS.

*Quæcunq; Græca nomina, id eſt, quæ in Latinis eadem ſunt, ea cum in es ſyllabam, aut in as exeunt, breuia ſunt contra naturam & conſuetudinem Latinorum*

*norum, huiuſmodi enim nomina latina, quæ plurali numero in es ſyllabam exeunt, aut in as longa natura ſunt: ut principes, milites, arbores, optimas, fœminas ſarcinas, idcirco, quia in uerſu eſſe poſſunt Græca, & in hiſdem ſyllabis breuia ſunt, ut:*

Gorgones, Harpyiaſq;.

Et alibi:

*Fuſo crateres oliuo.*

Et Lucretius:

*Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.*

Vides hic es uel as breues eſſe ſyllabas, ideo quia Græca ſunt nomina.

## DE PROPRIIS NOMINIBVS.

Nomina ſunt propria, quæ primam ſyllabam natura longam non habent, id eſt quæ non duabus uocalibus iunctis conſtant, ut:

Eulus, Aeneas. Et alia.

Quæ ergo primam ſyllabam natura longam non habent, tales erunt ſyllabæ, ut eas ponere uolueris, ſiue longas, ſiue breues, hoc exemplo:

Exercet Diana choros.

Hic, Di, longa eſt, alio loco breuis eſt.

*Tunc etiam telis moriere Dianæ.* Item:

Armatum

*Armatumq́; auro circumſpicit* Oriona.

*Hic longa eſt on,alio loco breuis eſt,ut:*

*Aquoſus* Orion.

*Nomina item,quæ genitiuum in es ſyllabam mittunt, eadem ipſa ſyllaba breuia ſunt,ut* Lingones, Migdones,Theutones,Baſcones: *et accuſatiuo,ut* Baſconas armipotentes. *Item Græca nomina quæ in i litera finiuntur, in eadem ipſa ſyllaba breuia ſunt, ut:*

*Quò te* Mœri *pedes.*

*Scanditur enim ſic: Quò te ſpondens,* — —

*Mœri pe dactylus* — ∪ ∪

Videndum *etiam hoc in his nominibus, quæ ante nouiſsimam ſyllabam i litera terminantur,ut eſt radius, gladius:*Hæc *enim per duo i proferuntur in genitiuo,huius radij: & pluraliter per duo i, hij gladij, ut cum* Poëta *uoluerit, hanc eandem nouiſsimam ſyllabam,ubi duo i eſſe diximus,hic ſynalœpha non ſit:quo modo eſt uerſus ille* Lucretij:

Non *radij ſolis,neq; lucida tela dici.*

*Scanditur enim ſic, i ſo,ſpondeus* — — Vide *quomodo i litera neq; interior ſynalœpha ſubtracta eſt, & exterior pedis partem cepit. Sed rurſus cum* Poëta *uoluerit, ſynalœphen in eodem nomine facit,ut eſt* Vergilij *uerſus:*

*Diuerſi rumpent radij:*

*Scanditur*

*ſcanditur enim ſic,ut:*Diuer*:ſpondeus — — ſi rum:ſpondeus — — pent radi:dactylus — ∪ ∪ Hic enim nouiſsima excluditur,quæ longa eſt.*

*Interdū in nominibus appellatiuis prima ſyllaba contra naturam producitur,quia aliter in uerſu poni non poteſt,ut:* Italiam. *Hic enim contra naturam ſyllaba producta eſt,ut eſſe in uerſu potuiſſet.*

*Hoc autem modo breuem intelligimus:* Neceſſe *eſt enim ,ut qualis eſt prima ſyllaba in aliquo nomine prouinciali,eadem ſit natura ipſa prouincia,ut:*Afer *prima lōga eſt,in Africa enim eadē natura eſt prima litera.* Ergo *uideamus* Italus,*prima ſyllaba qualis ſit,dabit* Vergilius *exemplum,ut:*

*Italusq;,paterq; Sabinus.*

*Hic in* Italo,*prima ſyllaba breuis eſt, quæ nos docet eādem & in* Italia *ſeruari oportere.*

## DE BREVIBVS SYLLABIS.

*Quatuor ſyllabæ breues pro Spondeo poni poſſunt,ut: Genua labant.Hic enim,Genua la.ſcanditur,in quo pede priores duæ breues iunguntur, ut unam longam faciant poëtica licentia, quæ magis in Iambicis uerſibus eſt permiſſa celebris.*

DE CON

## DE CONCATENATIS SYLLABIS.

*Interdum in heroico uerſu nouiſsima ſyllaba ſequenti uerſui adiungi neceſſe eſt per ſynalœphin, ut eſt ille uerſus in Vergilio:*

*Iamq́; iter emenſi, turres, ac tecta Latinorum*
*Ardua cernebant.*

*Scãditur enim ſic. Iamq́; ter, dactylus: emen, ſpõdeus ſi tur, ſpondeus: res ac, ſpondeus: tecta La, dactylus: tino, ſpondeus: Nouiſsima uerſus ſyllaba quæ ſupereſt rum, reuocatur ad ſequentem uerſum per ſynalœphen, ut ſi dicas: Rardua cernebant &c. Eſt huic ſimilis ille uerſus:*

*Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida.*

*Syllaba enim nouiſsima, quæ eſt, da, ad ſequentem uerſum refertur, quare neceſſe fuerit iſtiuſmodi ſequentẽ uerſum à uocali incipere, ut ſynalœpha fieri poſsit illa quam diximus.*

## DE CASIBVS.

*Nominatiuus omnis numero ſingulari qui us ſyllaba terminatur, eadem ipſa ſyllaba natura breuis eſt, ut doctus, carus, ſanctus, & alia. Genitiuus omnis qui i litera terminatur, natura longus eſt, ut do cti*

*cti,cari,ſancti.* Datiuus *ſemper qui o litera termi-natur natura longus eſt,ut caro,ſancto,docto.* Accuſatiuus *omnis qui m litera terminatur,poſitionem expectat, aut ſynalœphen, quia nulla ſyllaba in m literam exit,quæ non utrumq; quærat.* Vocatiuus *omnis e litera terminatus breuis eſt natura, ut docte,care,ſancte.* Ablatiuus *omnis o litera terminatus natura longus eſt, ut ab hoc docto, caro, ſancto:* Nam *pluralis nominatiuus omnis cum i finitur,longus eſt natura,ut hij docti,cari,ſancti.* Datiuus *omnis pluralis in is terminatus lõgus eſt,ut doctis,caris,ſanctis.* Accuſatiuus *omnis pluralis qui in os ſyllabã finitur,natura lõgus eſt,ut doctos,caros,ſanctos.* Vocatiuus *omnis pluralis in i literam finitus longus eſt,ut docti,cari, ſancti.* Ablatiuus *omnis qui in is finitur æque longus eſt, ut ab his doctis,caris,ſanctis.*

*Item quicquid in is ſyllabam nominatiuo & genitiuo ſingulari exit,breue eſt,ut lapis,apis.* Quicquid *in r finitur, in genere maſculino breue eſt, ut doctor,cantor,pater,frater.* Nam *quicquid in es ſyllabam pluraliter finitur longum eſt,ut doctores,homines,arbores,& quicquid ſic terminatur.* Item *quod in bus ſyllabam exit breue eſt, ut cantoribus,doctoribus.*

## IN GENERE FOEMI NINO.

*In genere fœminino caſus nominatiuus ſolus ſic uariatur, ut hæc tabula breuis eſt, ablatiuus longus eſt.* Omnia nomina fœminini generis quæ in a litera terminantur, nouiſſima ſyllaba breuia ſunt in nominatiuo, ablatiuo uero longa.

*Omnis autem accuſatiuus caſus, cuiuſcunq; generis, qui m litera terminatur, nouiſſimam ſyllabam longam habere non poteſt natura, ſed aut poſitionem, aut ſynalœphen expectat.*

*Nomina generis fœminini, quæ in es ſyllabā finiuntur, ſi eadem ipſa ſyllaba in genitiuo non producitur, tam in nominatiuo, quàm in ablatiuo breuia ſunt. Si autem eadem ſyllaba in genitiuo producitur, tam in nominatiuo, quàm in ablatiuo longa eſt nouiſſima ſyllaba: quod dico huiuſmodi eſt exemplum, ut hæc lues, es ſyllaba breuis eſt, quia genitiuum luis facit: Hæc fides, des ſyllaba longa eſt propterea, quia genitiuus producit eam, facit enim huius fidei: quo modo eſt hæc facies, es ſyllaba longa eſt, quo modo in genitiuo producitur, huius faciei. Ergo quas ſyllabas genitiuus producit, hæ nominatiuo & ablatiuo longæ ſunt, ut hæc fides, huius fidei,*

*à fide*

*à fide: facies, facici, à facie: quas ſyllabas genitiuus corripit, aut mutat, breues ſunt: In nominatiuo & ablatiuo, ut lues, luis, lue. Quicquid in genitiuo is ſyllaba terminatur breue eſt in ablatiuo, ſed hic genitiuus, quo cognoſcuntur nouiſſimæ ſyllabæ, plerumq; nominatiuũ qualis eſſe debeat oſtẽdit, ut eſt pauptas, tas enim ideo longa eſt, quia genitiuus producit eã, dicimus paupertatis, ta producta: palus paludis media ſyllaba producta: quomodo eſt hic Samnis, longa eſt nis, facit enim Genitiuo huius Samnitis, media producta: Item amnis breuis, quo modo ſyllabam nis non producit genitiuus.*

## DE VERBIS.

*In uerbis uel in cõiugationibus, attẽdendæ ſunt poſitiones, & tempora, & ſyllabæ nouiſſimæ, quæ his ferè regulis colliguntur. Similis eſt prima coniugatio nouiſſima ſyllaba in omnibus coniugationibus: Omnes enim coniugationes, quæ in o literam finiuntur, dichronæ ſunt, ut canto, moneo, dico, ſed poſitionibus diſcrepant: Nam ſecunda poſitio primæ & ſecundæ coniugationis longa ut ſit neceſſe eſt: cantas, clamas, mones: Hæ enim nouiſſimæ producuntur infinitiuo modo, dicimus enim cantare, monere, clamare, ſedere*

*re, ſedere. Imperatiuus quoque modus coniugationum ſupradictarum ſyllaba nouiſſima longus eſt: propterea, quia ſyllaba ipſa producitur in infinitiuo modo. In tertia autem coniugatione correpta ſecũdæ poſitiones breues ſunt: Quia in infinitiuo modo produci non poſſunt: dicimus enim: legis legere, ducis ducere. In imperatiuo modo quoq; ſyllabæ nouiſſimæ breues ſunt, quia non producuntur in infinitiuo modo, ut legere, ducere, ſcribere, & omnino quæ ſyllabæ mutantur breues ſunt: ſicut legis, lege, legere: dicis, dic dicere: ſcribe, ſcribis, ſcribere. Tertia longa eſt, quæ dicitur ſimilis primæ coniugationis & ſecundæ: propterea quod quemadmodum infinitiuus producit in illis medias ſyllabas, ſic producit & in hac, quapropter finire dicimus. Tertia coniugatio eſt & ideo longa, quia in infinitiuo finire dicimus i producta: ſicut audis audire: rurſum fixis, adſis, uelis: nam is nouiſſima ſyllaba ideo longa eſt, quia pluralis numerus eam producit: Dicimus enim producta media ſyllaba, fixitis, adſitis, uelitis. Quæ autem produci media in purali numero non poſſunt, breuia ſunt, ut dicis, dicitis, legis, legitis: Nam illa longa ſunt: audis, finis, quia producuntur in plurali numero, auditis, finitis.*

*Omnes ubi nouiſſimæ ſyllabæ, quæ ſunt huiuſmo*

*m di, res,*

*dires, ſes, longæ ſunt: quia producit eas pluralis numerus, ut audires, audiretis, clamaſſes, clamaßetis.*

*Omnes infinitiui qui ſyllaba re terminantur, breues ſunt, ut clamare, monere, dicere, finire.*

*Oēs in uerbis ſyllabæ quæ huiuſmodi ſunt, ut in tis exeāt, breues ſunt: ut clamaſtis, dixiſtis, feciſtis.*

*Infinitiui autem omnes paßiuorum & communium, & deponentium uerborum, quando in i exeunt longi ſunt, ut clamari, moneri, dici, finiri.* Et *quicquid in i in uerborum declinatione exierit, longum eſt, ut clamaui, monui, dixi, finiui. Hæc autem de nouißimis ſyllabis dicta ſunt.* De *primis autem inueniendis hoc erit uidendum:* Omnes *igitur coniugationes excepta ſimplici tertia, hoc eſt longa: In aliquibus uerbis primas ſyllabas temporum ratione permutant:* Nam *illa quæ in præſenti tempore breuia ſunt, in omni præterito perfecto, uel in omni præterito plus quàmperfecto, uel in uno futuro modi tantumconiunctiui producuntur, in reliquis autem modis et temporibus breuiantur.* Ergo *coniugatio prima tempore præſenti corripitur, ut lauo:* P*ræterito perfecto uel coniunctiuo futuro producitur, ut laui, laueram, lauero.* S*ecunda ſimiliter præſenti tempore corripitur, ut moueo.* P*ræterito perfecto uel coniunctiuo futuro producitur, moui, moueram, mouero.*

*ro. Tertia correpta ſimiliter præſenti tempore corripitur, ut odio; præterito perfecto uel coniunctiuo futuro producitur, ut odi, oderā, odero. Infinitiuus autem modus ſimiliter in aliquibus uerbis tempore præſenti corripitur, ut mouere, legere: Tempore præterito uel futuro producitur, ut mouiſſe, motum ire: legiſſe, lectum ire. Sunt plurima uerba, quæ nūq̄ temporū uarietate mutantur hoc modo. Eſt igitur cōiugatio prima ſemper correpta, ut uoco, ſemper producta, ut numero. Eſt ſimiliter & ſecunda ſemper correpta, ut doleo: Itē ſemper producta, ut ſoleo. Eſt æque tertia ſemper correpta, ut tero: Item ſemper producta, ut munio. Sunt etiā aliqua participia ſimiliter, quæ in primis ſyllabis tēporū uarietatē mutantur, ut quæ in præſenti tēpore breuia ſunt, in præterito uel futuro nō quidē natura, ſed poſitione ꝓducta ſunt, ut legēs, lectus, lecturus. De triſyllabis nūc itē dicendū eſt, quæ ſic uariātur, quō et diſyllaba hoc modo diſtāt, q̄ indicatiuo ſpecie īperfecta, in primis ſyllabis breuia ſunt, ut legebā, ueniebā: nā in diſyllabis in hac ipſa ſpecie lōga ſunt, ut ibā, nabam. Sed hac rōne primas ſyllabas rite cognoſcimus, ut ſi præpoſitionē illi uerbo addamus, cuius primā ſyllabam, cuius naturæ ſit quærimus: Cum ergo addiderimus uerbo præpoſitionē, ſciamus quomodo cum cō-*

*ſuetudo pronuntiet: cuius rei exemplum hoc eſt, dico, dicas, dicat: ab eo quod eſt dicare: addamus illi præpoſitionem de, & faciamus dedico. Videamus quomodo conſuetudo pronuntiat, ſi producta media an correpta: utiq; correpta, ut dedico. Sic inuenimus & longas, ut clamo: addamus illi præpoſitionē in, ut fiat inclamo, producta media dicimus, nō correpta. Item ſunt nomina, quibus præpoſitio addi non poteſt, ut halitus, faciamus uerbum halo, huic addamus præpoſitionem, ut fiat exhalo, media ſyllaba producta pronuntiamus, ibi apparebit etiā halitus qualis ſit in prima ſyllaba.*

*Medias ergo ſyllabas coniugationes docent, extremas uerbi ipſius declinationes. Primas autē docent exempla, uel illæ quas dixi præpoſitiones: hæc prudenti ſatis ſunt, his'que exemplis omnia in promptu habebit.*

*Rhetoricam autem eloquentiam, id eſt uerum noſſe non poterit: niſi qui ad eam hoc ueſtigio uenerit. Primum ut diſcat quid ſint pedes metrorū: deinde quæ ſit natura ſyllabarum in uerbis, quod iam hic docuimus. Tum quid ſit periodos, deinde quid ſit colon, quid comma, quid ſit numerus, quid orationes ſolutæ, quid numeroſum, quæ ſint præterea tres primæ figuræ dicendi magnopere ſubtile eſt.*

Poſtremo

*Poſtremo quæ ſint figuræ uerborum atq; ſenten tiarum: His completis, Ciceronis ſententias rheto= ricas debet noſſe, omniaq; legere incipiat, id eſt to tam rhetoricam noſſe, ſeq; quotidie exerceat.*

## DE PARTICIPIIS.

*Omnia participia, quæ in ans & in ens ſyllabã mittunt, poſitione longa ſunt. Nam quæ in i aut in o ſyllabam mittunt, quaſi nomina exiſtimantur, de quibus iam dictum eſt.*

## DE ADVERBIIS.

*Omnia aduerbia, quæ in e mittunt, exceptis be ne & male, & ferè & propè, & ponè, & penè, & ſæpe. His ergo exceptis, illa quæ de nominibus mã= nant, longa ſunt, ut pulchre, docte, ſancte, iuſte. Illa autem breuia ſunt, quæ nomina nulla habent unde deriuantur: quo modo illa ſunt, ut docte quia do= ctus, ſancte quia ſanctus, iuſte quia iuſtus. Rurſum quæ à nominibus deriuantur ſi in er ſyllabam exeũt, breuia ſunt neceſſe eſt, ut duriter, turpiter, miſeri= corditer: Quæ autẽ in m literam finiunt, poſitionẽ aut ſynalœpham expectant. Item illa quæ in a ex= eunt literam longa ſunt, ut ultrà, unà:*

# DE ENVNTIATIONE LITERARVM VICTORINI AFRI.

*PLacuit autem antequam de natura ſyllabarum, quæ nunc longæ, nunc breues in metris adſeruntur, dicere incipiam, prius de enuntiatione ſingularũ literarum & ſono, qui in ore noſtro uario quodam uocis ictu niſuq́; formatur, exordiũ ſumere. Non ſolum autem uox ſonús ue icto aëre ut audimus exprimitur, ſed & omne corpus uerberatum & impulſum, ſonum confuſæ uocis dabit, & quidem uarium ac multiplicem pro qualitate plagarum. Diximus igitur literas in duas ſpecies, id eſt, uocales conſonantesq́; decerni: quarum alias, ſine queis ſyllaba coire uix poteſt, uocales: alias quæ coniunctæ ſuperioribus uocis ſonũ adiuuent, et ſenſum auribus, ex utriuſq; coniunctione, uelut geminum adferant, conſonantes appellari: Eas quoque in duas partes, id eſt, ſemiuocales, mutáſq; diſcernere. E queis ſemiuocales in enuntiatione propria ore, ſemicluſo ſtrepunt. Mutæ autem nec ictu oris nec linguæ uiſu ſonum edere coniunctæ uocalibus queunt,*

*queunt*: Igitur *ſingulæ qua oris noſtri ſede conce-*
*ptæ, quo ſpiritu niſu'ue formatæ, uocis ſuæ uim, pote*
*ſtatemq; exprimant, ut potero explicabo.* A *litera*
*rictu patulo, ſuſpenſa, neq; impreſſa dentibus lingua*
*enuntiatur.* E, *quæ ſequitur, repreſſo modice ri-*
*ctu oris, reductisq; introrſum labijs effertur.* I *ſe*
*micluſo ore, impreſſisq; ſenſim lingua dentibus, uo*
*cem dabit.* O, *ut e geminũ uocis ſonũ pro cõditiõe*
*tẽporis promit, unde inter noſtras uocales y & ω*
*Græcorum, ut ſuperuacuæ prætermiſſæ ſunt: igitur*
*o qui correptum enuntiat, nec magno hiatu labra re*
*ſerabit, & retrorſum actam linguam tenebit: longũ*
*autem productis labijs, rictu tereti lingua arcti oris*
*pendula ſonum tragicum dabit, cuius obſeruationis*
*& in e litera ſimilis penè ratio eſt.* V *literam*
*quoties enuntiamus, productis & coëuntibus la-*
*bris efferemus.* Et *ne* y *connexam Græcis uocali-*
*bus prætermiſerim, cuius frequentem uſum quædã*
*uerba ſeu nomina deſiderare noſcuntur, ipſam qui-*
*dem Græcis uocabulis, cum inciderint, reſeruabi-*
*mus, loco autem huius u literam, aptam noſtris*
*uocibus finximus, quam niſi per y coniunctam*
*Græci ſcribere ac pronuntiare non poſſunt.* Nunc
*de conſonantibus, quæ ſibi uocis ſonoræ atq; ipſa*
*oris expreſſione ſunt proximæ, ut ſeſe obtule-*

*rint enarrabimus: ex quibus b & p literæ coniun ctione uocalium quaſi ſyllabæ ( nam muta portio pe nitus latet, neq; enim labijs hiſcere, ullum'ue meatũ uocis exprimere niſus ualet, niſi uocales exitum dederint, atq; ora reſerarint) diſpari inter ſe oris officio exprimuntur: nam prima exploſo è medi= is labijs ſono, ſequens compreſſo ore, uelut in= trorſum attracto uocis ictu explicantur.* C *etiam & g ut ſupra ſono proximæ, oris molimine niſuq; diſſentiunt: nam c reducta introrſum lingua, hinc atq; hinc inter molares ſurgẽs, hærentẽ intra os ſo= nũ uocis excludit: g uim prioris, pari linguæ lapſu palato ſuggerẽs lenius reddit.* D *tamẽ & t, qbus ut ita dixerim, uocis uicinitas quædam eſt, linguæ ſubla tione ac poſitione diſtinguuntur: nam cum ſummos atq; imos coniunctim dentes ſuprema ſui parte pul= ſauerit, d literam exprimit: quoties autem ſublima ta partem, qua ſuperius dentibus eſt origo, contin= gent, t ſonore uocis explicabit.* K *& q ſuperua cuò numero literarũ inſeri doctorũ pleriq; cõtẽdũt, ſcilicet quod c litera harum officium poſſit imple= re:* Nam *muta & ocioſa parte, qua c incipit, pro qualitate coniunctæ ſibi uocis ſupremum exprimit ſonum:* Nonnihil *tamen eſt, utra earum prior ſit, c ſeu q ſiue* K, *quarum utramq; exprimit faucibus, alteram*

*alteram diſtento, alteram producto rictu manife-ſtum eſt.* H *quoq; inter literas otioſam Grammatici tradiderunt, eamq; adſpirationis notam coniunctis uocalibus præfici, ipſi autem conſonantes tantum quatuor præponi, quoties græcis nominibus latina forma eſt, perſuaſerunt, id eſt* c t r p, *ut chori, thymos, Phyllis, rhombus, quæ profundo ſpiritu, anhelis faucibus, exploſo ore fundetur. Supereſt ut ſeptem reliquas ſemiſonas, ſpiritu quoque inſtrepentes, ordine quodam perſequamur, è queis* f *literam imum labium ſupremis imprimentes dentibus, reflexa ad palati faſtigium lingua, leni ſpiramine proferemus, Sequetur* l, *qua ualidū neſcio quid per partē palati, qua primordium dentibus ſuperis eſt, lingua trudente diducto ore perſonabit: At* m *impreſſis inuicem labijs, mugitum quendam intra oris ſpecū attractis naribus dabit.* N *uero, ſub conuexo palati lingua inhærente, gemino naris & oris ſpiritu explicabitur. Sequetur* r *quæ uibratiōe uocis in palato linguæ faſtigio fragorem tremulis ictibus reddit. Dehinc duæ ſupremæ* s & x *iure iungentur, nam uicino inter ſe ſono attracto ſibilant rictu, ita tamē, ſi prioris ictus ponè dentes excitati ad medium lenis agitetur, ſequentis autem craſſo ſpiritu hiſpidum ſonet, qui per coniunctionem* c & s, *quarum &*

*m* 5 *locum*

*locum implet, & uim exprimit, ut ſenſu aurium dãa camur, efficitur. z apud nos ultima, in qua non ſonus literæ ſed uocabulum, & duplex ſyllaba eſt, Græcis tantum, cum in uſum uenerint, apta uocibus ut y ſuperius propter peregrina uocabula recipiemus.*

FINIS.

*de Orthographia liber, ex codice Lauriſſenſi.*

*NVnc quoniam res admonuit, non abſurdum uidetur de Orthographia paucis ſcribere, uel Analogia. Eſt itaq; in principio dicendū, quēadmodum antiqui ſcripſerunt, dehinc quid nunc debeamus obſeruare. Conſonantes literas non geminabant, ut in his, Annius, Lucullus, Memmius, & cætera his ſimilia, ſed ſupra literam, quam geminari oportebat ſcilicet ſicilicum imponebant, cuius figura hæc eſt     quod erat ſignum ↄ geminādi, ſicut apparet ī multis adhuc ueteribus, ita ſcriptis libris: ijdē uoces, quæ preſſiore ſono edūtur, auſus, cauſa, fuſus, odioſus, per duo  s ſcribebant, auſſus: Iuxta autem non ponebāt  em, deinde nec Alcmenā dicebāt: nec Tecmuſam, ſed Alcumenam: inde Alcumeneo & Alcumena, tragœdiæ, donec Iulius Cæſar, q Vopiſcus: et Strabo, q & Seſquiculus dictus eſt, primus de Tecmuſa ſcripſit tragœdiā ſuā, & in ſcena ꝓnūtiari iuſſit. Accius uero cū ſcriberet anguis, anguies īponebat. Idē nec z literā, nec y in libro ſuo retulit, qa quæ ante fecerāt Næuius et Liuius cū lōga ſyllaba ſcribēda eſſet, duas uocales ponebant*

Cæſar Vopiſcus.

Strabo Seſquiculus.

Accius.

Næuius.

*præter*

*præterq̃ quæ in i literam inciderant, hanc enim per e & i ſcribebant:* Gneius Pompeius Magnus *& ſcribebãt & dicebãt.* Kadamitatem pro Kalamitatem: Nigidius Figulus *in commentarijs ſuis nec* K *poſuit, nec q, nec* x: Idem *h non eſſe literam ſed notam adſpirationis tradidit.* Licinius Caluus *q litera non eſt uſus, Conſultum ſenati ipſe ſcripſit: & ad Caium Cæſarem, ſenatus conſultum.* Idem: Optimus, *maximus ſcripſit, non ut nos per u literam. Diuus Auguſtus genitiuo caſu, huius domos meæ, per o, non ut nos per u literam ſcripſit.* Meſſala, *Brutus, Agrippa: pro ſumus, ſimus:* Nos paucioribus *literis ſcribimus, quàm antiqui ſcribebant, ut* Narus, *nauus, natus, noſco, & illi has uoces, & ſimiles iſtis g antepoſita ſcribebant, cuius conſuetudinis nos ueſtigia retinemus, cũ ſcribimus ignarus, cognatus, ignauus, cognoſco:* Nec *ſolum literas eximimus, ſed uoces quoq; ipſas commutamus, ut cum dicatur, nemo & nullus, ex quibus prior uox ad homines ſolos pertinet nemo, quorum genitiuum caſum aliter quàm nos ueteres extulerunt, nemini enim & nulli dixerunt:* Item: *bonæ frugis quoq;, nos bonæ frugi, quamuis nullum nomen ſingulare latinum per omnia genera, numeroſq; omnes, & per caſus i litera terminetũr, tantum omiſſa parte eius ſolum frugi*

(Margin: *Nigidius figulus.* — *Caluus.* — Nemo. — *Nullus.*)

ſcribimus

*ſcribimus,ſed nos nunc & aduentum, & apud per d potius,quàm per r ſcribamus,Aruentum,& apur:Et linguam per l potius,quàm per d:Præſidium per d potius, quàm per l. Hactenus autem & hodie,non ut antiqui,hac & tenus:hoc & die:Et ill potius,quàm illo:Et pro lauabro,labrum:ſimul,non ſemel:Et Alcmenam,quàm Alcumenam:Alcmeonē, quem Alcumeonem:Tecmeſſam potius, quàm interpoſita u Tecumeſſam:Et ubi duarum conſonantiū ſonus percutiet aures, ut in ſabbatis, ſaccis,effert, effugit,fallit,gallus,uallus,mucellum, nullus,pallium, Pallas,per duo l, ſicut per duo n,annum,Cinnam, & ſimilia: Sic & per duo p apparatū,lappam:Per duo r Arruntium, Varrum, currit, ferrum.Item per duo s aſſiduum,Caſſium,fiſſum:Et per duo t Attius,Vattius,& ſimilia: Nam ut color oculorum iudicio,ſapor palati,odor narium dinoſcitur,ita ſonus aurium arbitrio ſubiectus eſt: Clarorum autem uirorum, quos ſupra nominaui,conſuetudinem in libris reperire poſſumus eorum:Sacratum debet ſcribi,non ſecratum: ſacratum autem in compoſitione conſecratum facit,per s & e, non per s & a: Sic & caſtus, facit inceſtum, non incaſtum: Promiſcua etiā promiſcue facit,non promiſce: V enim produci debet,ſicut aſſiduus,aſſidue facit. Quoties numerū*

*Auriū arbitriū in orthographia plurimi eſt.*

*ſignificamus*

ſignificamus,per t,non per d ſcribendũ erit, ut tot, quot: ſic & quoties præpoſitio erit ad, ut: Ad mortem ſi te ſors. Et: Ad quem ſic roſco. Si erit autẽ cõiunctio per t,ut: At regina graui. Antiqui pro ſed,ſet ſcribebant,ſed cum noſtra ætas partem literarum in eo reſeruarit,partem breuitatis gratia ex eo detraxit,nonnullam immutauit: & nos per ſed, quàm per ſet ſcribamus. Nomina quæ ſingulari nominatiuo caſu in us literis terminantur, ut Atticus, Brutus,& ſimilia, genitiuo caſu una recepta i declinabuntur & ſcribuntur,non per duo i, ut Attici,Bruti. Quæ autẽ nominatiuo i literã habuerint, ut Gellius,Furnius,genitiuo geminari debent i, ut Gellij, Furnij. Voſter,uortit,& ſimilia per e, non per o ſcribere debemus. Has uoces,et ſimiles iſtis, Itemq́; agendũ,cedendum,capiendũ,faciendũ, per e potius q̃ per u,ſicut acerrimus,exiſtimat,extimus, intimus,maximus,minimus,manibus,pretium,ſonipes,per i q̃ per u. Quæ uoces z literæ ſonũ exigũt, eas per z ſine ulla hæſitation e debemus ſcribre,& quæ per y potius ſicut exigit ratio per y, q̃ per u,ut Eutychus,Hylas. Degreſſus per e,q̃ per i:Degredi enim ex ſuperiore loco deſcẽdere:digredi ex aliquo loco diſcedere. Noſtri Latini cum literis uterentur, quas à Græcis acceperãt: a b c d e i k l

Degredi. Digredi.

m n o

*m n o p q r s t, & Græci uocales haberent totidem quot & nos, a e i o u: nã v & ω poſtra ſunt ab his repertæ: A i & o ternas habebãt apud eos poteſtates, ut e eſſet breue, et productum: i autem longũ quodãmodo ſonat, cũ et e & i iunctum eſt & o. Similiter quoq; cũ eſſet i breue, & idẽ faceret longa m ſyllabam, præterea exprimeret uocem, quæ apud eos per o & v ſcribitur ov, ſic apud nos quoq; e & o totidem poteſtates habebunt, & eaſdem quas apud Græcos. Græci in datiuo, tam ε literæ, quàm ω, adijciebant i iuxta: Ita noſtri, ut apparet ex libris antiquis Fœderum, & ex Legum, qui etiam ex frequenti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem: Nam o non ſolum pro breui & longa, ſed etiam pro u poni, ut pro popolos, ibi populus: & ubi piaculum, ibi piocolon: Sic & pro huic, hoic: pro funus, fonus. Itẽ alia multa. Apud Græcos autem fuiſſe Ciocum i & o non dubito. E autẽ duarum obtinet uicem, breuis & ꝑducta. O uero & pro breui & pro longa, & ꝑ u poſita eſt: Eidẽq; literæ in datiuo caſu adiecta eſt i. Y quoq; et ſuo ſono poſita eſt, & ſubiecta literæ h, ut eſt apud nos quoq;: Itẽ adiecta literis a et e facit ſyllabã: poſita eſt et ꝑ breui et ꝑ lõga, cũ Græcæ ꝑ v ſcribimus. V ſilr̃ et ꝑ breui ꝑ lõga quoties cõſonãtibus*

*ſubiecta*

*eſt pro c g, & ſuo loco k poſt receptũ g, ſuper uacuum cœpit eſſe. Cum, aduerbium temporis antiqui quatuor literis ſcribebant: In his, quum apud Catonẽ, quam rurſus quom, ſed antiqui cum ita ſcriberent, pronuntiabant tamen perinde, ac ſi per cum ſcriptum eſſet. Illa quidem ſcriptura confuſa, quod u pro conſonante, & o pro uocali correpta accipiebant: ſicut apud Græcos trium ualebat uice, ut eſſet o breue, idem longum: & ut ante dixi ου: in quibus peccabant, q̃ alijs literis ſcribebãt, quàm quibus enuntiabant, & aliter legebant quàm ſcribebant. Item Cuius per quoius literas ſcribebant. De quibus ne plura ſcribam, hoc cuſtodite: Vt Cum fuerit aduerbiũ temporis, per qu, ſiue unum u, ſiue duo ſcribatis, ut qum primum, quum hoc facerem. At ſi erit coniunctio, ut cum Gaio, cum Lucio, per c ſcribi debeat: nec quicquam deperdat ex ſignificatu: Non enim aliud per quom ſcripta, aliud per cum ſonat. Sed ubi aliquando fit aut ſoni iactura, & totidem penè literæ ſcribuntur, dandum eſt aliquid antiquitati. Reliquas uoces, quæ ante uocalẽ habuerint u, pro conſonante poſitum, ut quando, quæritur, quiſpiã, quoddam per q potius quàm per c ſcribetis. At cum locutus, ſecutus per c, quũ quidam præcipiant ad originem debere referri: quia*

*eſt locutus à loquendo, ſecutus à ſequendo, per* q *potius quàm per* c *hæc ſcribenda*: Nam *concuſ-ſus: quoniam à quatio habeat originem, & cocus à coquendo, & cotidie à quoto die, & incola ab in-quilino: attamen per* c *potius, quàm per* q *ſcri-buntur*. Q*uicquam & quicquid, & quocquod pri ma ſyllaba quoties habuerit* d *idem uos produci-te & ſuperponite* c. Nam *cum ſint hæc compoſita & confuſa, ſi utramque uocem ſuis literis ſcriptam relinquatis, duas partes orationis ſeparatas relin-quetis*: Q*uicquam enim ductum eſt à quidquam*. *Ac ſyllabam quidam more Græcorum per* ai *ſcri-bunt, ne illud quidem cuſtodientes, quia omnes fe-rè, qui de orthographia aliquid ſcriptũ reliquerũt, præcipiunt nomina fœminina caſu nominatiuo* a *finita, numero plurali in* æ *exire, ut* Aeliæ*: eadem per* a *&* i *ſcripta, numerũ ſingularem oſtende re, ut huius* Aeliæ*: inducti à poëtis, qui pictai ueſtis ſcripſere*: Et *quod* Græci *per* i *potiſſimum hanc ſyllabam ſcribunt propter exilitatem literæ*. υ *au-tem propter naturalem productionem iungere uo cali alteri non poſſunt*. Iota *uero quæ eſt breuis, eadẽq; longa, aptior ad hanc ſtructuram uiſa eſt*. Q*uam poteſtatem apud nos habet &* i *quæ eſt longa & breuis*. Vos *igitur ſine controuerſia am-*

biguitatis

biguitatis, & pluralem nominatiuum, & ſingula= rem genitiuum per æ ſcribite: Nam qui non po= teſt dinoſcere ſupraſcriptarum uocum numeros & caſum, ualde eſt hebes. Quatenus ſæpe cum ſit re= ctè ſcriptum, uos e producitis, & facitis quatinus: & ſæpe i literam commutatis in e. De qua ne plura loquēdo uidear uobis exprobrare imperitiā, contentus ſum, quid uel utranque uocem uelim ſi= gnificare. Igitur quatinus eſt, ut quia nam: qua= tenus autem ſignificat finē loci cuiuſdam, uelut quā fine. Nihil eſt, quod non uultis conſulere de his, quæ ignoratis: Nam ut aliquid neſcire turpe non eſt, ſic in deterius ſcribere uel emendare turpiſſimum eſt: Pertermine dicitur auſpicium, quia fit cum de fine. Romano in agrum peregrinum transgrediuntur:. Sed ſcribam uoces, quas alij numero ſingulari & plurali indifferenter per u & o ſcripſerunt, ut auus, coruus, nouus, & cætera. Vos nominatiuo ſingulari per duo u, quorum uice conſonantis fun gitur alterum, alterum accipitur pro uocali: Nam per uos ſcriptæ, ſignificant pluralem numerum, & caſum accuſatiuum, auos, flauos, coruos, & ho= rum ſimilia: Nec enim mihi ſupereſt ocium, qui poſ= ſim ſingula exequi, nec ſufficit memoria, cum uix

Quate= nus.

Pertermi ne.

n 2 hæc

*hæc quæ ſcribo implere poßim. Attamen has etiam uoces: quæ u potius quàm o ſonant, per duo u ſcribite, ut uulua, uultus, & ſimilia. Sicuti ſine ulla dubitatione per uo, quæ ſonant ita uti uoluit, uoluo, uolutus, conuolutus: Nam litera u uocalis eſt, ſicut a e i o. ſed eadem uicem obtinet conſonantis: cuius poteſtatis notam Græci habent, f noſtri quam uocant, & alij digamma: ea per ſe ſcripta nõ facit ſyllabam, antepoſita autẽ uocali facit, ut famaza, fecibulus & Felene. Nos uero qui non habemus huius uocis nomen aut notam, in eius locũ quoties una uocalis plurés ue iunctæ unam ſyllabam faciunt, ſubſtituimus u literam: Nam uocalis nulla bis eadem poſita facit unam ſyllabam, aßiduus, exiguus, Laocoon, tribuunt, ſtatuunt, & ſimilia. At cum præponitur uocali, tunc accipitur pro conſonante, ut eſt anguis, extinguit, lingua, peluis: In uuido enim prior u uocalis eſt, ſequens cui ſubiectum eſt i, conſonans. Eſt præterea eiuſdem poteſtatis i: uocalibus antepoſita, conſonantis habet uicem, & ſubiecta alij conſonanti uocalis eſt. Heſternum producte dici debet: Nemo enim eſt, qui Latine modo ſciat loqui, qui aliter quàm producta ſyllaba heſternum dixerit. Deus eſt, inquam, ut reus: & facit genitiuo caſu dei ut rei. Nominatiuo igitur*

*tur plurali hij dei potius quàm dij: In faſcia ſine cauſa adiecistis apicem, quia faſcia dicitur, quod uol uendo fit faſcia.* Haud *aduerbium eſt negandi, & ſignificat idem quod apud Græcos* ὀυ. *Sed ab antiquis cum aſpiratione, ut alia quoque uerba, dictũ, & adiecta* d *litera, quam pleriſque uerbis adijcie bant.* D *tamen literam conſeruat, ſi ſequens uerbum incipiat à uocali, ut:* Haud aliter muros. *Et:* Haud equidem. *At cum uerbum à conſonante incipit* d *perdit, ut haut dudum, & haut multum, & haut placitura refer: & inducit* t. *Et huiuſce, & huiuſq; recte ſcribuntur, ſed ſuo loco utraque: Nam ab hocce, & ab hacce fit huiuſce: huiuſque autẽ aliud ſignificat, idem uniuſcuiuſq;. Has uoces, nonnunquam, nunquam, nunquid, quanquam, unquam ſæpe recte ſcriptas relinquitis: aliquando* n *in* m *commutatis: nunquam pro* n *facitis* m. *Quid igitur in poſterum debeatis obſeruare attendite. Clari in ſtudijs uiri, qui aliquid de orthographia ſcripſere, omnes ferè aiunt: inter* m *&* n *literas mediam uocem, quæ nõ abhorret ab utraque litera, ſed neutram proprie exprimat, tam nobis deeſſe, quàm Græcis, cum illi Sambyx ſcribant: Nec* m *exprimere, nec* n. *Sed hæc ambiguitas in his fore*

*taſſe uocabulis, ſicut in Ampelo Lycambe : Nam in noſtris ſupra dictis nõ eſt: quia non inter m & n medium ſonat, unquam, & nonnunquã, & ſimilia, ſed inter n & g : Nam & Græci cum ſcribunt ἄγγελος, ἄγγος, ὄγγος, & ſimilia : ſi ſyllabam an ſequatur ſyllaba quæ initium habet à g aut à c conuertunt n literam in g, & pro n g ſcribunt, ut ἄγγελος, ἄγκυρα, ἄγκυρα: cum inter n & g medium ſonet uocis productæ: Non ut alijs uidetur inter m & n : quoniam in copulatione ſyllabarum familiarium & nobis habenda ratio eſt : n quàm g potius ſcribetis, nonnunquam, quanquam, & ſimilia : Nam ſi inter m & n eſſet diſputatio nobis quæ in alijs quidem uerbis, in ſupradictis autem non eſt, commodius credo acturos fuiſſe receptæ autoritatis uiros, ſi hanc potius redderent rationem, ne duæ partes orationis, quæ iunctæ uoces confundunt, integræ ſcribantur tam d inde, quam n unde, inde, & ſimilia, etiam quod in his uocibus, quæ ultimam habent m ſi ſequatur n, mutatur m in n, ut cum Hannibal, Hiempſal. Iam aliud eſt ſcijt, aliud ſciuit : ſcire enim facit ſciſcere, id eſt iubere, præbere. Non omnia rotunda-rata ſunt cum l & r geminari ſolent, quoties ratio non repugnat aurium*

*ſone*

*ſono,ut in nullo,in Verre,Camelus uero & loquela, querela & ſuadela,& tutela uno l ſcribenda ſunt, ut uno r narat, narus.* Orthographia *Græcorum ex parte maxima in iωta litera conſiſtit: Nam & pro breui & pro longa uelut ἰάσωρ & ἀονία: & in quibuſdam medijs interponitur uerbis, ut ἀΐδε.* Et *in extremis, ut* ἐυχῆι, ποςέυηι: *& datiuis caſibus adiungitur: quia η enuntietur & eadem ſubiecta e literæ, facit longam ſyllabam ει quod antea ſeruabatur apud nos quoq;:* Nam *& pro breui & pro longa nunc etiam ualet, datiuis autem caſibus apud nos iuxta apponebatur, ut antea uobis dixiße memini, cum populoi* Romanoi, *pro populo ſolitos priores ſcribere oſtenderem:* Cum *uero eadem i e literæ iuncta eßet, non ſolum pro longa ſyllaba accipiebatur, ſed nominatiuum pluralem ita ſcriptum ſignificabat, ut amicei, bonei, doctei,* Romanei, *& ſimilia:* At *ſi per ſolum i ſcripta eßet, eadem genitiuum ſingularem faciebat, ut huius amici & cætera.*

Deniq; *omnium, qui de* Orthographia *ſcripſerunt, de nulla ſcriptura tam diu, quàm de hac quærunt, quæ per i literam ſingularē genitiuū, & quæ per ei literas nominatiuū pluralē faciūt, locuti*

*partim acute ut mihi quidem uidetur, inepte illud atq; etiam ridicule, nam mihi quædam ſuccurrunt: Pilum aiunt militare, te uinea, ſi ſit ſupra quam milites aggerē inſtituunt, & ſicam, & ſilicem quæ ſecet per e & i ſcribenda: At ſi pilū ſit, quo pinſitores utuntur, & uinea quæ ruri colitur, et fiſtula, per i: A quibus libenter quærerem, quo modo ſcripturi eſſent ædificij pila, & quo modo ſingularem dicerent, aut pluralem in his, res, ſpecies; & his ſimilia: Samnitem licet per omnes caſus i longam cuſtodiat, tamen nominatiuo correpta i, ut ſanguis, puluis eſt: Hoc femur, quãuis nominatiuo per literam r dicamus, tamen genitiuo feminis, datiuo femini, ablatiuo femine ſcribite. Cognatæ quædam uocantur inter ſe uocales, ut ſcitis, & in declinationibus inuicem ſuccedunt. Item conſonantes inter ſe, ſed proprie ſunt cognatæ, quæ ſimili figuratione oris dicuntur, ut eſt, b f r m p, quibus Cicero adijcit u: Nō eam, quæ accipitur pro uocali, ſed eam, quæ conſonātis obtinet uicem, & antepoſita uocali, fit ut aliæ quæq; conſonantes: Quoties igitur præpoſitiones ſequeretur uox, cuius prima litera incipit à ſupra dictis literis, id eſt, b f r p m u, quæ uox coniuncta præpoſitioni ſignificationem eius confundat, uos quoq; præpoſitionis literam mutate, ut eſt, combibit,*

*comburit*

*comburit,comfert,comfundit, commemorat,commi nuit,comparat,comucllit, comualeſcit, compellit,cõ uocat:non conbibit & conburit, & ſimilia. Sic etiã præpoſitio iũcta uocibus,quæ ĩcipiũt à ſupradictis li teris,n cõmutãt in m,imbibit,ĩbuit,imfert,imficit,im memor, impius,immitis,impotens: At ſub,ob, quæ fi niuntur in b literam,id eſt,unam ex quinq; ſupra dictis cognatis,quoties uerbum ſequeretur,quod ini tiũ habeat à ſupra dictis,in eam b mutabunt,à qua uox incipit,ut ſuffert,ſufficit,ſuffundit: non ſubfert, ſubficit:ſic & ſupparat,ſuppreſſus, ſic ſuuoluit,ſu= uertit:Ob autem mutatur in cognatas eaſdem, ut of fert,officit,& ommouet, ommuteſcit,et oppãdit,op peritur, & ouuertit, ouuius.Et tamen quoties uer= bum ſequens incipit ab l aut r n, ſuam commu= tant in eam, à qua ſequens uox incipit, ut collatum, collectum,illinit,illectus,collinit,illudit.In r autem ut corradit,corripit,corrodit,corrumpit,ut irrepit irrogat,irruit: Perdit uero n literam,cum ſequẽs uerbũ à uocali ĩcipit,coëmit,coæquat,coit,cooritur. Anceps,ancilla,Ancicia,anguſtũ, anquirit:non iudi co per an, ſed more Græcorum per ag ſolitum ſcribi. Nunc adijcio, ſicut inter m & n lite= ram uox media tam Græcis deſit, quàm nobis, Ita in ter n quoq; & g deeſſe:Neq; enim aut illi ἀγγs*

n ſ λoμ

*λορ & ἀγκάλην & ſimilia, ſiue per c, ſiue per g ſcripſerint, alterutram in pronuntiando literam exprimunt:* Nec nos *ſupradictas uoces, ſiue per c ſiue per g ſcribamus, proprie aut c exprimimus in dicendo, aut g, quæ uox, quoniam ordini literarum noſtrarum deeſt, & familiarior eſt auribus noſtris n potius quàm g, ut anceps, & ancilla, & angina, & anguſtum, & anquirit, & ancora, & ſimilia, per n potius quàm per g ſcribite. Sicut per duo g quoties duorum g ſonum aures exigent, ut aggerem, ſuggillat, ſuggerendum, ſuggeſtum, & ſimilia. Sunt qui inter u quoq; & i literas ſupputant deeſſe nobis uoces, ſed pinguius quàm i & illius quàm u (ſed & pace eorum dixerim) non uident y literam deſiderari, ſic enim gylam myſerũ, ſyllaɓ́ám, proxymum dicebant antiqui. Sed nunc conſuetudo paucorum hominum ita loquentium euanuit:* Ideoq; *uoces iſtas per i ſcribite. Si memores eſſetis dixiſſe me uobis: præpoſitionis literam n, quoties uerbum ſequeretur, aliter in his dumtaxat quæ ex hac parte poſitione uerba compoſita ſunt, mutari ſolere in m, non ſcripſiſſetis inprolem, n, quod per m debuiſtis, improlem*

Improles *ſcribere:* Improles *enim eſt, qui nondum uir eſt. Igitur quæ* Græce *ſcribitis per ψ literam, ſcribetis latine*

*tūc p ps: Græci priusq̃ reciperēt ĩ ordinē literarū ſuarū ξ & ψ, eas quidē uoces, in qbus apparebat g, ut αἶξ αἰγός: φλόξ, φλογός: et ſimilia ſcribebāt p γ ς. In qbus uero ĩcidebat* K*, ut* ἄναξ, ἄνακτος: δόναξ, δόνακος: *& ſimilia p* K *& s, In quorū declinatione ĩnerat b ut* ἄραψ, ἄραβος, *per* β *et* ς. *Et in qbus* π κύκλωψ, κύκλωπος *per* π *&* ς: *Similiter noſtri, uoces quæ in x literam incidunt, ſi in declnatione earum apparebat, ſcribebant g & s, ut: coniunx, lex: & ſimilia per g & s. At quæ uoces ψ literam habēt, hæ per b & s ſcribebantur, ſi in declinatione apperēt b, ut cœlebs, cœlibis: plebs, plebis. Poſteaq̃ à Græcis ξ & à nobis x recepta eſt, abijt & illorum & noſtra pplexa oratio, & in primis obſeruatio Nigidij, qui in libris ſuis x litera non eſt uſus, antiqtatē ſequēs, ſed libēter quærerē, quibus literis ſcripturi eſſēt eas uoces, quæ in declinatione nec g & s, nec c & s exeūt, ut nix, niuis: ſenex, ſenis: ſexus ſexus: et oppidum in Hiſpania Auſtruxi, qđ eſt ab attraho, et uexi. Voces igitur quæ x literam incidunt, relicta antiqua obſeruatione, per x ſcribitẽ: quæ uero per ψ ca p ps potius, q̃ bs: ψ enim nec in noſtris, nec in Græcorū libris inueniūtur ſubiūcta b literæ. Ea uero quæ ψ ſonāt, et nō declinantur, ut ſupra dicta, p bs ſcribitẽ, ut abſcedit, abſcidit, abſcōdit, & abſtrahit*

*& abſtrahit, obſtat, obſtipuit, abſynthium, gybſum, Nam hyems & ſumſit & inſumſit, demſit ſine dubio per m s ſcribetis, & quando in harũ uocũ mẽtionẽ *, nec conſumptũ, nec emptum, nec redemptũ, nec temptat, attemptat, & ſimilia iſtis, per pt ſcribetis uitioſe, ſed ut ego ſcripſi iuxta mt ponetis, & lucrifacietis literam, quæ detracta nihil de ſignificatu uocis deminuit, & ſcribitur expeditius. Credo quod ignoretis nomen, priuilegum quod dicitur, Lex enim priuilegij in unum hominem eſt dicta. Video uos ſæpe & orco, & ulcano h literã relinquere, ſed credo uos antiquitatẽ ſequi, ſed cum aſperitas uetus illa, paulatim ad elegantioris uitæ ſermonisq; eſt limam perpolita, ſic uos quoq; has uoces ſine h ſecundum cõſuetudinem noſtri ſeculi ſcribite. Item corona, ancora, ſepulcrum, ſicut quæ h in adſpiratione deſiderant, ut brachium, cohors, harena, pulcher: ſed ea quatenus debeatis obſeruare ignoratis: inducti fortaſſe eo, quod legiſtis præceptum antiquorum, qui aiunt ſcribi quidem omnibus literis oportere, in enuntiando autem quaſdam literas elidere. In quo, ut idem ſæpius dicam, bis peccatis, quod aliud ſcribitis, & aliud legitis quàm ſcriptum eſt: Quid enim facietis in his, quæ uelitis nolitis, & ſcribenda ſunt, & legenda ut ſcripta ſunt, ut exẽpli gratia*

† Deeſt uerbum, quale eſt, incidetis.

*exiſtimo*

*exiſtimo, non exaeſtimo, & conquinat, nō coinquinat, & ſimilia.* Eliduntur autem uocales ſingulæ, cū duo concurrerint, ut:

*Men' incepto deſiſtere uictam?*

Non mene. Et: *Ten' inquit, miſerande puer.* Non tene. T quoque ex conſonantibus eliditur, ut:

*Poſ quàm res Aſiæ.*

Non poſtquàm. M autem, ut:

*Mult ille & terris.*

Vocalis & conſonans pariter:

*Non equidem inuideo.* Et *breuiter Troiæ.*

*Cum fuerit autem ſcriptum, audiendus eſt, & ſcribendus eſt, & mutandus eſt, & ſimilia generis maſculini, primam uocem integram relinquetis:* Ex nouiſsima autem e & s detrahetis: Idem facietis in fœmininis, ut prima uox cuius generis ſit appareat. Idemq; in neutris. At hicce & hocce pronominibus, ſi uox ſequens à uocali incipiat, e nouiſsimam detrahetis, ut:

*Hicc alienus oues cuſtos bis mulget in hora.* Et:

*Manibusq; meis Mezentius hicc eſt.* Et:

*Hocc erat alma parens.* Et:

*Hocc Ithacus uelit.*

Non idem ſunt tria, quod trina: Tria enim ſunt ſingularia, trina autem multiplicia, ſic trinos calceos,

*os, & trina ueſtimenta, non tria, & terni dicũtur, ut bini, quini, ſcpteni, deni: Quando diſtinguitis cũ, erit pfecta oratio & ſenſus concludetur, inter nouiſsimã uerbi literam & primam inſequentis in ſuperiore parte uerſus punctum ponite aliud q̃ librarius inter duo uerba poſuit: Quoties autem ante diſtinctũ mora fuerit neceſsaria, ſimiliter inter duas literas* ἀπλὴν *auerſam, id eſt Sicilicũ ponite, Si uero fuerit* Hyperbaton, *& longior ſenſus, at uos in ima parte uerſus inter duas ſil'r ut ſupra literas clarũ pũctũ ponite, & ſi prius q̃ diſtinctum concluditur, mora iterum fuerit neceſsaria* ἁπλὴν *auerſam, id eſt, Sicilicum ſimiliter in ima parte uerſus ponite:* PR *quoties* Prætorem *ſignificare uultis, nolite interpungere, ne fiat populus* Romanus: *Nec compoſita, qualia ſunt, leuianima, biduancula, tardigrada, hæc enim fiunt ſpecie & ſignificatione unum. Sed ne ea quidem quæcumque cum præpoſitione dicuntur circumpungetis, ut circumduci, & circumueniri, & circumplecti, & nonnulli, & paulopoſt: Nec hæc, ut in Galliam, in Italiam: nec hoc, nec illud, quia infinite dicuntur.*

*Repertores literarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Euander ad nos traſtulerunt. a b c d e h i K m n o p q r s t, literas numero*

mero XVI. : poſtea quaſdam à Palamede, & alias à Simonide adiectas impleſſe numerum XXIIII. In Comœdia ſcriptum erat ellum, non recte uos feciſtis illum, eſt enim: en illum. Grammatici præterea Demetrius Phalereus, Hermocrates: ex noſtris artem Cincius, Fabius, Gellius tradiderũt, ex quibus Cincius paucis, inquit, commutatis, ut ad linguam noſtrã peruenirent, eas nanq; Cadmus ex Phœnice in Greciam, unde ad nos Euander, tranſtulerunt. Scripſeram autem uobis quantum repeto, & alia plura inter quæ noſtros antea, ſicuti Græcos quoq;, XVI. literis uſos: ex quibus fuiſſe uocales apud utroſq;: his poſtea quaſdã à Palamede, et alias à Simonide adiectas impleſſe numerũ XXIIII. Ex adiectis aũt noſtros ſolam x recepiſſe. F uero g & q in Græcis etiã literis fuiſſe et nunc eſſe, ſed g numero ſeruire atq; nonagĩta ſignificare. F aũt Aeolijs duntaxat idem ualere quod apud nos u, cũ pro cõſonãti ſcribitur, uocariq; βαυ et digamma. Et ſignificaueram prius quàm Græcis uocales repertæ ſunt η & ω, eas uicem earum tam apud illos, quàm apud nos expleſſe e & o: & o etiã ſcribi ſolitã pro ſyllaba ω: E aũt, ρ η & iωta, eaſdẽq; & o & e quoties accepiſſent in finem iωta, datiuum caſum apud utroſq; ſignificare, & harum ſcriptionũ exempla nõ ſolum

Veterum Grammaticorũ nomina.

ſolum ex libris ueteribus, ſed etiam ex peritorũ quorundam ſcriptionibus: ut cameloi, caproi: Nam noſtri eruditi uno ore h quidem & k ſuperuacuas eſſe dixerũt, nec † indagarunt. h apud Græcos priusquàm reciperetur in ordinem uocaliũ, tunc cum e & pro breui & pro longa ſcriberetur, acuta quæ nunc à nobis ſcribitur, adſpirandi uocem obtinuiſſe, & à noſtris retentam propter peregrina nomina, nunc poni & ante uocales & iuxta c & t & p. C autem & nomen habuiſſe g, & uſum præſtitiſſe, quod nũc Gaius per C, & Gneus per Cn, quãuis utriuſq; ſyllabæ ſonus g exprimat, ſcribuntur. Ita & alia præterea ad has literas pertinentia. Inde fru do apicem ſecundæ ſyllabæ imponere debetis, nam à deferuendo & decoquendo fit tale quod defrudetur, id eſt, fraudetur coctura & minuatur. Vocalem literam i pro conſonanti accedere, manifeſtum eſt in his nominibus, Iane, iecore, Ioui, iucundo. Pro uocali autem ualet ſubiecta conſonantibus, & facit nũc breuem ſyllabam, nunc longam, ut bibit, biga, & citat, ciuis, dies, dicit. Sibi autem ipſa ſubiungitur in his, ut aijo, Troijas, Gaijus, Aijax. Aduerbia cum n ſcribenda, quotiens, deciẽs, totiẽs, & ſimilia per numerum. Athenienſes, Mediolanenſes, Carthaginienſes, & ſimilia, ut aquoſum, harenoſum, & ſimilia ſine n. Coma

† Aliâs indiguerunt.

*n. Coma inciſa non cæſaries ſed ceſaries eſt à coma ceſa. Et in eo quod eſt amans adijcienda eſt i litera in genitiuo plurali, ſi quando ſunt participia, aut ex participijs figurata: ex nominibus autem nuſquã ut ætas, et ſimilia. Internundinium ſcribendum, ut interlunium, et trinoctium: ita internundiniũ, quod nouem dies inter ſe continuos habeat, non quod nono die ſit.* Non *eſt cloaca, ut putatis, ſed cluaca, quaſi conluaca. Contagio apud omnes ferè ueteres ſcripta eſt nominatiuo caſu, ut obſidio quoq; et obliuio, ſed poëtarum licentia primo fecit contagia et obliuia: poſtea dici cœpit et obliuium et obſidium et cõtagiũ. Cum antiquitatẽ igitur poſterior conſuetudo uincat, uos utro modo ſcriptã uocẽ hãc inueneritis, ita relinquite, dum non ignoretis, ab antiquis nominatiuo hæc contagio dictum.* Non *eſt ut emendaſtis, porca prædicanea, ſed præcidaria, quæ frugum cauſa immolatur: qui iuſta defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccarunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat, antequam nouã quaſi dapem mereat de ſe capere: præcidaria dicta, quod ante cæditur quàm frugem capiat: at illa quæ & in re, et in præſente mortuo quem condituri ſunt immolatur: quia ex ea capere non poßint, ad quod iuſta faciant, præſentanea uocatur. Parilia dicuntur*

*Internundinium.*

*Porca præcidaria.*

*Parilia.*

*cuntur non palilia: non à Pale dea, ſed quòd eo tempore omnia ſata, arboresq́; & herbæ parturiant, pariantq́;. Nouenſiles ſiue per l ſiue per d ſcribendum: communionē enim habuerūt literæ hæ apud natiquos, ut dingnā & linguam, & dacrymis & lacrymis, & Capitodiū, & Capitoliū, et ſella à ſede, olere ab odore. Eſt et cōmunio cū Græcis: nos lacrymæ, illi δάκρυα: olere ὀδωδέναι: meditari μελετᾶν. Nouenſiles autem, quos Græci συννεννέα, poſt nouendij à conſidendo, id eſt eadem ſede præ*

Sorix. *diti. Sorix aut Saurix, auis tributa Saturno ab auguribus: quia tarditati, et uetuſtati, et ſenectuti conuenit: Nam et in ueteranis maxime uerſatur locis, et*

* *noctium eſt & noctis maxime primæ, & quia tempeſtatis nuntius atq; index ex parui laris. Forcipes q, formum capiant, id eſt calidum ut fornaces, aut de foro capiant, ut foricipes. Forus autem, ſtatus tam in foro, quàm in naui & torculari.*

*Victorini Afri Orthographiæ*
FINIS.

Q. PAPY-

# Q. PAPYRII DE ORTHOGRAPHIA FRAGMENTVM.

*Si diuinare licet, eum exiſtimauerim Papyrium, qui à Priſciano toties Papyriani nomine citatur de re grãmatica, cuius exemplar ex uſq; Haßia iam iam expectamus, donaturi aliquando publico.*

*IVſtitia cum ſcribitur, tertia ſyllaba ſic ſonat, quaſi conſtet ex tribus literis t z & i, cum habeat duas t & i. Sed notandum, quia in his ſyllabis iſte ſonus literæ z immixtus inueniri tantum poteſt, quæ conſtãt t & i, & eas ſequitur uocalis quælibet, ut Tatius, & otia, iuſtitia, & talia. Excipiũtur quædam nomina propria, quæ peregrina ſunt. Sed ab his ſyllabis excluditur ſonus z literæ, quas ſequitur litera i, ut otij, iuſtitij: Item non ſonat z, cum ſyllabam ti antecedit litera s, ut iuſtius, caſtius.*

# CORNELIVS FRONTO DE DIFFERENTIIS VOCABVLORVM.

*Is fuit Cornelius Fronto, ad quem Gellius, cum ab obeundis auditionibus ocium eſſet nactus, ſe & animi cauſa cōferebat, & ut eius puriſsimis ſermonibus bonarumq; doctrinarū plenis frueretur, ut ab ipſo Gellio eſt memoriæ proditū lib 19. cap. 8.*

*INter ultionem & uindictam. Vltio uindicat factum. Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars ultor nō uindex dicitur.* Mars ultor.

*Prædam & rapinam. Præda uictos ſpoliat. Rapina ſubito uenit. Itaq; illa uictoria gaudet, hæc petulantia.*

*Cur et quare. Cur ſimpliciter percōtatur. Quare cauſam rationemq; deſiderat.*

*Delictum et peccatū. Qui deliquit nō fecit quod facere debuit: q peccauit, hoc fecit, ſed parū recte.*

*Remediū et medicamentū. Remediū ne periclitemur datur. Medicamentū ad ſubita pericula aptatur: atq; ita remedium ſubmouet imminentia. Medicamentum ſanat inſana.*

Flumen

*Flumen et fluuium. Flumen idē fluit et manet. Fluuius temporibus ſiccatur.*

*Corinthium et Corinthiacum. Corinthium ciuem dicemus: Corinthiacum uas.*

*Roſeum, et roſaceum. Roſeum per ſe: Roſaceum mixtum.*

*Fuſcum et nigrum. Fuſco album opponitur: Nigro candidum.*

*Pugnare, oppugnare, et impugnare. Qui pugnat reſiſtit: qui obpugnat obſeſſor eſt: qui impugnat per omnia inimicus eſt. Itaque pugnat exercitus: Oppugnātur uel caſtra uel urbes: Impugnantur inimici.*

*Album et candidum. Album natura fit: Candidum cura.*

*Decus et decorē. Decus honoris: decor formæ.*

*Pompei porticus, & Pompeia, et Pompeiana. Pompei, ſi poßidet: Pompeia, ſi publicauit: Pompeiana, ſi in alterius dominationem uenit.*

*Satiatum et Saturatum: Satiatus uentris: Saturatus animi.*

*Obiurgat eum, cuius habet poteſtatem. Monet, propter beneuolentiam. Admonet, ut confirmet memoriam. Submonet, ut poßit ordinate pronuntiare. Igitur in obiurgante poteſtas: In monente beneuo-*

*lētia: In admonēte memoria: In ſummonēte officiū.*

*Antiquum et uetus. Antiquū eſt, quod exceßit patrum memoriã. Vetus annorū multorum ſentit utilitatem. Vinum hoc melius eſt quo fit uetuſtius.*

*Sartrix et Sarcinatrix. Sartrix quæ ſarcit: Sarcinatrix, quæ ſarcinas ſeruat.*

*Videre, et Spectare, et Intueri, Aſpicere et Cernere et Animaduertere. Videmus natura: Spectamus uoluntate: Intuemur cura: Aſpicimus ex improuiſo: Animaduertimus et Cernimus animo.*

*Oſtentum & Portentum, & Monſtrū & Prodigium. Oſtentū, quod præter conſuetudinē offertur, utputa ſi uideatur terra ardere, uel cœlū, uel mare. Portentū quod porrò & diutius manet, futurumq́; poſtmodū aliquid ſignificat. Monſtrū eſt contra naturã, ut eſt Minotaurus. Prodigiū quod mores faciūt per quod detrimentū expectatur. Itaq; qui prodigia faciunt prodigi uocantur. In oſtento raritas admirationem facit. In monſtro rectus ordo naturæ uincitur. In portento differtur euentus. In prodigio detrimentum ſignificatur.*

*Turbam & Frequentiam. Anguſtus locus facit turbam: Frequentiam multitudo.*

*Putant & ſuſpicantur. Qui putant, omni genere errant. Qui ſuſpicantur, aliquid præuident.*

*Frater & germanus: Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre poteſt eſſe. Germanus ex iiſdem parentibus ſit neceſſe eſt.*

*Sermo & loquela: Sermo omnium gentium eſt. Loquela cuiuſq; gentis propria dialectus.*

*Comes, & aſſecla, & ſodalis, & cliens: Comes iter facit. Aſſecla ſequitur potentiorem. Sodalis adoleſcentiæ nomen eſt. Cliens implorat opem & fidẽ: Ita comes tutus, aſſecla officioſus, ſodalis amicus, cliens ſummiſſus.*

*Cauſa & ratio: Cauſa docet factum. Ratio ſoluit obſcura.*

*Nomen, & uocabulum: Nomen proprium indicat, Vocabulum diffundit ſignificationem.*

*Horret, & trepidat: Horret corpus. Trepidat motus animi.*

*Quærere & inquirere & deſiderare: Quærimus diſciplinam. Inquirimus de quo dubitamus. Deſideramus uel quod diligimus, uel quod amiſimus.*

*Temerarius & audax: Temerarius, qui ſine reſpectu ſalutis obijcit ſe periculis. Audax ſine ratione impetum facit: ergo audax non prouidet, temerarius non timet.*

*Longum & longinquum: Longum præuerbium eſt, itaq; uerbũ illi apponitur. Longinquũ itineris eſt.*

*Felix & fortunatus: Felix ita natus eſt. Fortunatus cũ opibus nomẽ accipit, ita felix naturæ bono fruitur, fortunatus commodo temporis.*

*Aeſtas & æſtus: Aeſtas eſt pars anni. Aeſtus calor temporis: æſtus à nimio calore nomen accipit, æſtas nomen non amittet, etiam ſi temperata eſt.*

*Citius & celerius: Citius præuerbium qualitatis prælatiuæ ſimile cognominis pro maturũ eſt etiam* * *ſignificantiam habens, ut iam ſi ſi ante tempus refecta, ut loquatur non oſtendit qualitatis ſed temporis, at celeritas ſui temporis eſt perfecta.*

*Simul & unà: Simul locum demonſtrat. Vnà cõgregationem.*

*Comminus et* * *iaculis, quod illud à manibus non recidit, hoc è manibus emittitur..*

*Parſi & peperci: Parſi ſemel. Peperci ſæpius.*

*Dicere & loqui & narrare: Dicimus quod uolumus. Loquimur inuicem. Narramus quod ignoratur.*

*Vultus et os: Vultus proprie hominis. Os omniũ.*

*Memorioſe & memoriter: Memorioſus habet ad dicta factaq; referenda memoriã. Memor beneficij memoriam uel iniuriæ refert: Ita memorioſe qui facit, oſtendit in omni re naturæ bonum: Memoriter gratum, uel fortem ex eo oſtendit, quod uel retribuit beneficium*

*neficiũ grate, aut iniuriam uindicat fortiter.*

Ordinare & diſponere: Ordinatio ſimplex eſt. Diſpoſitio uaga.

*Conſideratius et conſiderantius: Conſideratius præuerbium ex cognomine. Conſiderantius ex participio.*

Dedicatum et conſecratũ: Dedicatur deo: Conſecratur quaſi ſanctum conſtituitur, hoc eſt dedicatur deo, conſecratur quod prophanum ſit.

Quatenus & quatinus: Quatenus qua fini. Quatinus quoniam.

Voluntatem et uoluptatem: Volantas facto gaudet. Voluptas fieri cupit.

Nouißimum et ultimum. Nouißimum ordinis. Vltimum orbis.

Furtim et furaciter et furtiue: Furtim cum incipit. Furaciter quaſi artificioſe à conſuetudine inuolã di. Furtiue iam quod ablatum: ergo furtim furaciter furax, furtiue locus facit.

Imum et infimum: Imum ſummo reſpondet. Infimum ut infra humum.

Commodare et adcommodare: Commodat mutuam pecuniam. Adcommodat aptat.

Splendorem et fulgorẽ: Fulget natura, ut ignis, ſol. Splendet, ut aurum, argentum.

Mereri & merere: Meret pretiũ. Meretur gratiam: Itaq; illud uectigale, hoc honoratum eſt.

Pedale & pedule: Pedale menſura eſt pedis: Pedule uero ſub pedibus præſtat utilitatem.

Araneum & araneam: Araneum quod textum eſt. Aranea quæ texit.

Opinionem & rumorem & famam: Opinio hominem ſuſpectũ facit. Fama uel commendat uel deſtruit. Rumor indicat. Opinio oſtendit, fama iudicat, rumor tumultuatur.

Querimoniam & querelam: Querimonia certæ rei eſt. Querela ſuperuacua eſt. Itaq; prior grauitatis, poſterior leuitatis eſt.

Transfugam & perfugam: Transfuga ſuos reliquit, & ad alios uenit. Perfuga ſupplex eſt. Ergo transfuga ut adiuuetur.

Hunc & iſtum & illum & eum: Hunc & iſtum in proximo notant. Illum oſtendit quidem longe ſtantem, ſed in conſpectu. Eum abſentem refert.

Glorium & glorioſum & gloriatorem: Glorius unius eſt gloriæ. Gloriator, non habet cauſam gloriandi, ſed tamen gloriatur. Glorioſus pluribus de cauſis eſſe cogitur.

Abrogantem & adrogantem: Adrogat aliquid ſibi etiamſi non meruit. Abrogat, qui alij auferat, uel

qui

*qui legem tollit.*

*Continue & continuate:Continue facimus, Continuate ſine intermiſsione.*

Externum et alienum, & extraneum & extrarium: Externus eſt exteræ gentis. Alienus nullo loco, ſed re differunt: Extraneus qui extra candẽ ianuam eſt. Extrarius qui extra eandem arcam eſt.

Lucidũ et luminoſum: Lucidũ eſt quod apto cœlo lumen accipit. Luminoſum quod multis foraminibus illuminatur.

Expertũ et experrectum: Expertus eſt aliquid, aut in bona pte aut in mala. Experrectus de ſomno.

Delubrũ et ſacellũ et tẽplũ et lucũ et fanũ et bidental: Delubrũ in quo homines pericula ſua deluũt: ponũt enim uel pilũ uel ſcutũ, uel alia plura ſuſcepta uotis. Sacellũ paruulũ ædificium dijs conſecratũ. Tẽplum in loco augurato. Lucus locus fulmine ictus, et arborũ ſpiſsitate tectus. Fanũ Fauno conſecratũ: unde Fauni appellabãtur prius et illi qui uagabãtur Fanatici. Bidental locus fulmine tactus et expiatus oue: bidentes enim oues appellantur. Fauni. Fanatici.

Occidere et interficere & perimere et iugulare et necare: Interficere et perimere priſca ſunt. Occidere ob cædem dictum eſt. Iugulare, ob iugulum. Necare à nece.

Interficere

Interficere à facto.

Virtutem et fortitudinem et uigorem et uelocitatem et uehementiam: Virtus hominis ſummum bonũ eſt, quæ in oratione et in curſu poteſt uideri. Fortitudo uis corporis ad ſuſtinendos labores. Vigor animi habet elationem. Velocitas corporalis celeritas, quaſi uelox cita. Vehemẽtia à ui et impetu mẽtis.

Facultatem et facilitatem: Facultas locupletis. Facilitas artificis eſt: Itaq; diues facultatem habet multam uel emendi, uel redimendi. Artifex opera perficiendi facilitatem.

Silere & tacere: Silet cuius loquentis ſermo cõprimitur ab ipſa ſignificatione literæ, S. Tacet, qui nec loqui quidem cœpit.

Ignoſcere et concedere: Ignoſcit qui diſſimulat ſe noſſe quod cõperit, et ita ſilentio peccata impunita fecerit. Concedit, qui omnia peccata condonat.

Habere et poſſidere: Habere poteſt etiam fur, nequam. Poſſidet nemo niſi qui aut relictæ aut donatæ rei, aut emptæ dominus eſt: Ita in habente onus: in poſſidente uſus eſt.

Munus et donum: Munus quod amicus uel cliens uel libertus officij cauſa mittunt, uel munus gladiatorium. Donum quod dijs datur, inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur. Poſſunt et illa nihilominus

*minus dona dici,quæ donant pauperibus diuites uel potentes:Illud quoq; donum putandum eſt, quod militibus donatur in caſtris,ut Vallaris corona.*

*Noxam & noxiam*:Noxa pœna eſt.Noxia culpa.

*Scientem & ſcitum: Sciens qui ſcit. Scitus qui ſcitur uel feſtiuus.*

*Animantia & animalia:Animantia animus facit. Animalia animam habent.*

*Viſum & uiſitatum:Viſum ſemel. Viſitatum ſæpius ſcito eſſe.*

*Abſpulſum et repulſum:Abſpulſus eſt à quo pulſus.*Repulſus,*retropulſus.*

*Metum et timorem et formidinẽ et pauorem: Metus motus aſt animi. Timor tumor. Formido fert interdum rationem. Pauor puerilis eſt.*

Reperire,*inuenire:*Reperimus *noſtra. Inuenimus aliena.*

*Videte et uidetote: Videte imperat. Videtote mandat.*

*Proprium et priuatum: Proprium cuiuſq; proprium. Priuatum non publicum.*

*Onus et ſarcinam: Onus uehiculorum et maius eſt. Sarcina hominum.*

*Sumere et accipere: Sumimus quæ poſita ſunt. Accipimus quæ porriguntur.*

Locupletem

*Locupletem & diuitem et opulentum & potentem & beatum & fortunatum & pecunioſum: Locuples à copia locorum. Diues, quia diuidendi facultatem habet. Opulentus, ab opibus. Potens, qui quod uult poteſt. Fortunatus, cui forte aliquid contingit. Beatus uero, qui apud Græcos μακάριος eſt. Pecunioſus, qui habet pecuniam uel pecora.*

*Grandē et magnū & immanē: Grāde īcremēto: Magnū ī amplitudīe: imane præcipue amplitudinis.*

*Poëticen & poëſin & poëma & poëticum: Poëtice eſt rei, ut hiſtorice. Poëſis operum contextus. Poëma certis pedibus & legitimis incluſa materia. Poëticum in Poëta utile eſt.*

*Homonymiam & ſynonymiam: Homonymia una uoce multa ſignificat. Synonymia multis uocibus idem teſtatur.*

*Clupeum et clypeum. Clupeum armorum. Clypeum imaginis.*

*Paruum & breue & exiguum & puſillū: Paruum in tempore. Breue in ſpacio. Exiguum in corpore infantis. Puſillum in corpore pumilionis.*

*Inuolare & ſubripere: Inuolat, qui in die uenit. Subripit, clàm, id eſt furtiue.*

*Is eſt Antonius Gnipho.* *Speciem et ſpecialitatem et ſpecietatem: Species diuiſio eſt generis. Specialitas ficta eſt ab Antonio*

*grammatico*

grammatico. Specictas qualitatis.

Præuerbiũ et aduerbium: Præuerbium eſt cuphe mion. Aduerbium et uitioſum et fictum eſt, tamen in uſu nunc eſt receptum.

Compendium et diſpendium, et damnum et detrimentum et iacturam. Compēdium undiq; ad pondus pertinet. Diſpendium detexitur in ponderibus. Damnum dat omnibus. Detrimentum uſu tritum. Iactura quod iacitur ex onere nauis.

Aegrum et ægrotum: Aeger animo: Aegrotus corpore.

Alitudinem et alimentum et alimoniam: Alitudo incrementum eſt corporis. Alimentum incrementum infantis. Alimonia deriuatiuum ab alendo, quaſi particula animi.

Aequale et æquabile: Aequalis alterius ſtaturæ par. Aequabile quod æquari poteſt.

Inſcium et neſciũ: Inſcius aliquid neſcit. Neſcius nil nouit, alter in parte errat, alter in toto.

Glaciem et niuem: Glacies eſt quæ ex coitu aquæ conſtagnat. Nix uentorum ritu cadit.

Contrarium & aduerſarium: Contrarium negotium. Aduerſarius homo.

Gallum & Gallicum: Gallus natione: Gallicus ex Gallia.

Acuere

*Acuere & exacuere, præpoſitione diſtinguūtur.*

*Incertum & dubium: Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium à duobus incipit.*

*Ambulare & inambulare: Ambulare incipiunt infantes. Inambulant homines.*

*Modulari & moderari: Modulari eſt carmen. Moderari eſt modum imponere.*

*Barbaram locutionem & barbariſmon: Barbara locutio ꝓprie peregrina eſt. Barbariſmos fit etiā in latini ſermonis locutione.*

*Cadere & decidere: Cadit etiam in plano. Decidit ex alto.*

*Subſidium & præſidium & auxilium: Subſidium quod ſubeſt deficientibus. Præſidium imponitur. Auxilium repentinum eſt. Ita ſubſidiū ad ſecundos caſus præparatur. Præſidiū ad cuſtodiā collocatur. Auxilium ut proſit ex inſperato uenit*

*Diſtrahere et deducere et diuellere: Diſtrahere à trahēdo. Deducere à ducēdo. Diuellere à uellēdo.*

*Corruptelā et corruptionē: Corruptela ipſa res eſt. Corruptio corrūpentis adminiſtratio.*

*Cærulū et cæruleū: Cærulus naturæ color eſt. Cæruleus naturā fingit: Ita alterū eſt, alterum fit.*

*Properare et feſtinare: Qui ꝑperat apparet non eſſe feſſum. Qui feſtinat uidetur eſſe defatigatus.*

*Polire et nouare: Polimus rudia. Nouamus uetera.*

Nobilem

*Nobilem & generoſum. Nobilem nobilitate re rum. Generoſus qui Græce γεννᾶιος appellatur. Ita alter ex re, alter ex cognatione eſt.*

*Natione & Gente. Natio ſolum patriū quærit: Gens ſeriem maiorū. (rare,undiq; parare.*

*Præparare et cōparare. Præparare prius: Cōpa*

*Guttam & Stillam.Gutta manet: Stilla cadit.*

*Conuenire et coire.Conuenit in unū:Coit in* *

*Cauſam & patrocinium, & orationē. Cauſa eſt, de quaagitur: Patrocinium quod accommodatur: Oratio quæ loquitur.*

*Superbiam & arrogantiam. Superbia eſt à ſu perhabendo. Arrogantia etiam in pauperē cadit.*

*Scrutari & quærere. Scrutatur in te ille, qui in tercipit aliqua ſecreta. Quærere duo ſignificat, uel quod abeſt,uel quod ad patrimonium pertinet.*

*Annuere & innuere. Innuit uel capite,uel ſuper cilio. Annuit ad quod dictum, uel* *

*Gnatum & natum. Gnatus filius: Natus pullus.*

*Inſimulare & ſimulare. Qui inſimulat uel ar guit uel fingit. Qui ſimulat ꝓbare uult quod non eſt.*

*Præliū & bellum. Bellum etiam ſine prælio eſt, cum indicitur: prælium ipſa pugna.*

*Diligentiā & curā. Diligentia à diligēdo ſingu la: huic negligētia opponitur: nec recipit errorem. Cura animi eſt, quæ anxium facit hominem: &*

p tam

*tam honeſtæ quàm inhoneſtæ rei eſt.*

*Regium & regale: Regium quod regis. Regale quod rege dignum eſt.*

*Erraticum & erratitium: Erraticus & poteſt errare & ſolet. Erratitius, animus eſt qui ſolet errare & deſinit. Erratio enim animi eſt repẽtina cõmotio.*

*Errorem & errationem: Error eſt rei uitium, ut amor, dolor. Erratio incertæ uitæ.*

*Erratrix & erratica: Erratrix per ſe rapta eſt, ut uenatrix. Erratica, hædera, uitis.*

*No tare et adnotare: Notat uel locũ quis uel perſonã uel noxiã. Adnotat qui notæ quid adijcit.*

*Salubre et ſalutare: Salubre ad locum refertur & ad cibum. Salutare conſilium eſt. Ita ſalubre non nocet: ſalutare prodeſt conſilio.*

*Committere & credere: Committimus conſilia. Credimus pecuniam.*

*Sub & in: Sub nonnunq̃ pro clàm ponitur, ut ſubripuit, clàm rapuit, aut ferè notat aliquid ſubditũ. In aut intus ſignificat, aut minus, aut ualde, & interdum pro non ponitur.*

*Claritatem & claritudinem. Claritas tam luminis quàm perſpicuitatis. Claritudo generis: Prior itaq; ſplendoris: poſterior nobilitatis eſt.*

*Viciniam & uicinitatem: Vicinia uicorum coniunctio. Vicinitas hominum conuerſatio eſt.*

*Cõmunionẽ, et cõmunitatẽ: Cõmunitas eſt cõmunicandi uoluntas: Communio undiq; munio.*

*Fultionem & fulturam. Fultio, dum fit. Fultura, cum facta eſt.*

*Ieiuniũ et ieiunitatẽ. Ieiuniũ dies eſt: Ieiunitas, cibi abſtinentia.*

*Elinguem et elinguatum. Elinguis habet linguã ſed uſu eius caret. Elinguatus amiſit.*

*Suſpicacem et ſuſpicioſum. Suſpicax arguit: Suſpicioſus recipit.*

*Reſtiarium et reſtionem. Reſtiarius qui facit: Reſtio qui uendit.*

*Auſterum et Seuerum. Auſterus Græca conſuetudine: Seuerus à ſæuo.*

*Eloquentiã et eloquium. Eloquentia perfecta uis oratiõis. Eloquiũ pars ſuppoſita cõmode eloquẽdi.*

*Seruitutem et Seruitium. Seruitus eſt ſub domino: Serui patientia ſeruitium facit.*

*Vituperationem et culpationem. Vituperatio uitium parit: Culpatio à culpa incipit.*

*Nominare et appellare. Nominatio nominat quẽ appellat. Appellatio appellantis uox eſt in miniſterio, et Appellat uel à potentiore propter iniuriam, ut inuocat auxilium magiſtratus, uel cum pecuniam repoſcit.*

*Treis et tres. Treis in accuſatiuo caſu: Tres in nominatiuo et uocatiuo.*

*Neceſsitatē et neceſsitudinē: Neceſsitudo uel ſanguinis uel meritorū, cū præceptoribus, cū amicis. Neceſsitas immutabilis res eſt, ut mori neceſsitatis eſt.*

*Serū et ſero: Serum ad negotium pertinet. Sero ad tempus.*

*Decus & gloriam: Decus eſt inſtrumentum cuiuſq;. Gloria quaſi honoris merces.*

*Honorē et laudē: Honor dignitatis conſummatio uel priuatim uel publice. Laus ſecunda exiſtimatio recte factorum.*

*Familiare & familiarium: Familiare ad dominū non refertur, cum amici familiares ſint. Familiarium quod ſeruo competit, ut ſagum, gladium.*

*Offectorem & infectorem: Infector colorem mutat. Offector officio obeſt.*

*Certum & uerum: Certum recipit præpoſitionem & fit incertum. Certum uel pondus uel rei precium. Verum opponitur falſo.*

*Figurā & formā: Figura artis eſt opus. Forma naturæ bonum, unde etiam formoſus dicitur.*

*Ignominiā & infamiam: Ignominia imponitur ab eo qui poteſt animaduerſione notare. Infamia ex multorum ſermone naſcitur.*

*Nullū & neminem: Nullus eſt tam in re q̄ in perſona. Nemo in perſona dicitur, id eſt, nemo homo.*

*Iratum & iracundum: Iratus ex offenſa eſt. Iracundus*

cundus natura.

Periculum & perniciem. Periculumcontra necem timetur. Pernicies. *

Omnes, & cunctos, & uniuerſos. Omnes nullũ excipit: ut omnes homines. Ita & res. Cuncti itaq; in perſonarum numero nominantur priſco dicti uerbo. Vniuerſi. in unam ſententiam conuerſi dicendi quid, ſiue faciendi.

Feroces & feros. Feroces animo: Feri leones, cæteriq; ſimiles.

Auferre & eripere & adimere. Aufert qui dedit. Adimit imperio coactus. Eripit qui plus ualet. Itaq; auferre poſſumus: Adimere iubemur. Eripere ualemus. (ſciplina artis.

Studium & Diſciplinam. Studium animi eſt: Di

Inchoare & incipere. Inchoat qui incertum facit: Incipit cuius exitum ſperat.

Bonũ et commodũ. Bonus opponitur malo, quàm alijs uſu. Commodus alijs neceſſario utiq; prodeſt.

Decentẽ et formoſum. Decens in geſtu eſt et motu corporis. Formoſus ab excellenti ſpecie dicitur.

Decorẽ et ſpeciẽ. Decor cõmunis eſt omniũ. Is facit decentiam ſpeciei. Species propria eſt cuiuſq;. Itaq; decor in habitu eſt: Species in membris.

Litẽ et controuerſiã. Lis naſcitur: Pertinacia efficit controuerſiam, et litigant hoĩes: Res in contro

uerſiã deducitur. Ita cõtrouerſia partis. Lis ſummæ.

Rixam & pugnam: Rixa ſine armis eſt, & habet defenſionem. Pugna legem habet uel naturalem uel moralem, aut enim palæſtrans exhibet uirtutem, uel armis per ſumma uitæ pericula dimicat.

Occulte & clàm: Occulte latent. Clàm cælant: Alteri nõ prodere, alteri cælare naturali habitu ineſt.

Nauum & celerem: Nauus à præcipuo nauis curſu dicitur: uel alterius cauſa natus, qui ſtudet per officium ſuum: Et recipit cõparationem ſuperlationẽq; quia cognomen eſt: Ita nauus operam nauat alteri, Celer ut ſuã rem, ita alterius quoq; celeriter perficit.

Agilem & ſtrenuum & fortem: Agilem actio facit. Strenuum motus. Fortem corpus.

Contumeliam & iniuriam; Contumeliam inferunt. Iniuriam patiuntur.

Spectacula & ſpectamenta: Spectacula loca ſunt unde ſpectamus. Spectamenta quæ ſpectantur.

Paſcentia & pabulantia: Paſcentia ſunt quæ ex ſe paſcuntur, ut prata: & paſcentia mancipia quia paſcuntur, ideo etiã paſtores uocantur. Pabulantia uero quæ ijs utuntur, ut iumenta.

Voluentia & uolubilia: Voluentia quæ uoluunt, Volubilia quæ uoluuntur.

Animum & animam: Animus qualitas uiuentis. Anima cauſa uitæ.

Materiam

*Materiā et materiem: Materies animi eſt. Materia arboris. Et materies qualitas ingenij. Materia fabris apta.*

*Hebeſcit & hebeteſcit: Hebeſcit quod natura obſtupeſcit. Hebeteſcit quod amittit aciem.*

*Da & cedo: Cedo ſibi poſcit & eſt immobile. Dat qui non finite facit datum.*

*Fidelem & fidum: Fidelis fit. * .*

*Laudē et laudationem: Laus facti inſtrumentum eſt. Laudatio uero eſt rerum geſtarum relatio.*

*Ferè & aliquando & nonnunq̄: Ferè futurum ſignificat. Aliquando & nonnunq̄ quod intermittere non patitur.*

*Aptum & utile & idoneum: Aptum loco uenit & tempore, quod habet ſuam materiam. Vtile facit, uti prudentis literæ. Idoneū ut amicū per cōſilia dicimus, ut ſeruū in uſu hominis. (ex ſaxo cæſus eſt.*

*Saxum & lapidem: Saxum naturale. Lapis qui*

*Certationem & certamen: Certatio eſt adminiſtrantium. Certamen operis.*

*Victimā et hoſtiā: Victima maior eſt. Hoſtia minor.*

CORNELII FRONTONIS

*de differentijs uocabulorum*

FINIS.



1461 169,